ALBERICI
GENTILIS
IVRISCONSVLTI,
Professoris regii,
In titulos Codicis
Si quis Imperatori maledixerit,
Ad legem Iuliam maiestatis,
DISPVTATIONES
Decem.
Quarum Elenchum auersa pagina ostendit.





HANOVIÆ
Apud Guilielmum Antonium,
MDCVII.

TITVLI DISPVTATIONVM.

ILLV-

ILLVSTRISSIMO, ET
EXCELLENTISSIMO
Domino, Domino *Guilielmo*
Herberto, Comiti Pembrochiæ;
ROBERTVS GENTILIS S.P.

QVID dicam, aut vnde faciam dicendi initium, Te allocuturus in hac mea προσφωνήσει, magne Comes, non scio. Et vnum possum tamen expedire, in quo sunt omnia, quod Tu me puerum pretii nullius vltrò cœpisti in tuis. Id vnũ exponere cuperem latius, expolire oratione velim, si possim. Tu, vetustissimæ Britannicæ nobilitatis vir, tot propriis vndique fulgidus ornamentis, summis opibus, insigni virili pulcritudine, literis plurimis, virtutibus omnibus, gratia singulari regis ma-

gni, vt me respexeris? Et ita respexeris, vt duxeris etiam in aliquam illius gratiæ multam partẽ, quam dico regis, & quam esse summã mihi duco felicitatem? Numquid amplius? Etiam amplius, etiam. illico effecisti beatitatem hanc mihi, atque fecisti me tuum. Et, pro vero veteri prouerbio, bis dedisti, quod dedisti citò. Aut si loqui verius amamus, terque, quaterque dedisti, qui omnia confecisti ex merito nullo meo, nec rogatus. O quem Te memorem, comes, o heros certè, & mihi semper futurus, quem colam, maximus heros. Non tu mihi vt ille Tityro, recuperasti mea, quæ nulla erant, sed à rege stipendium impetrasti honorificum, & statim locum in collegio honorificissimo procurasti. Tuam ego, tuam aram venerabor.

rabor. illam ego perpetuis, quibus potero, sertis redimam: excolet illam pater; quantum poterit, cuius & omnis stat cara in me cura, & pro me omne est votum, labor suscipitur iamdudum omnis. Eius sunt Disputationes istæ, quas nūc primitias suspendo ad tuam aram. Et sunt meæ, quas donauit ipse mihi: vt alienum (nefas) nec sacrem, at meum. Meum hoc autem, quantulumcunque, suscipe, adspice pro solenni singulari tua humanitate à tuo, & feliciter vale, cum iuuene fratre gratiosissimo, Montgomerio comite, altero mihi Ledæ filio clarissimo. Χαίρετε τυνδαρίδαι Διὸς κοῦροι μεγάλοιο. *Oxonii, ex collegio Animarum, XIII. Kal. Jan. 1607.*

ALBERICI GENTILIS J. C. Professoris regii

Disputatio I.

Si quis imperatori maledixerit.

De maledictis in principem constitutio est Theodosii magni, & filiorum. quæ & in Codice Theodosiano, & in Iustinianeo præposita est titulo *Ad legem Iuliam maiestatis.* [a] Scilicet, vt non censuerint legislatores, crimen esse maiestatis, si quis principi maledixerit: itaq; distinxerint etiam tractatus, ac titulos. tamen & ostenderunt, esse crimina adfinia valde, quæ iunctim adposuerunt. Minæ hîc verbales sunt, alteræ sunt reales vt inquit Salycetus ad rubricam sequentis tituli. Et præcedunt hæc: [b] vt sunt verba initium operum omnium. quod tribunus quidam apud Dionysium inquiebat. Maledicta semper præambula sunt crimini alteri. nec ad malefacta nisi per maledicta peruenitur, [c] Et maledictum à malefacto nisi occasione distat. nam qui maledicit, eundem, si possit, etiam malefacere.

Inquit titulus, Si quis, ité & constitutio. at hæc tamen certis masculi generis vocabulis

[a] Crau. cons. 6.

[b] Dionys. lib. 7.

[c] Quinct. vlt. c. 9.

bulis vtitur, NESCIVS, OBTRECTATOR, aliis. An igitur de fœminis non statuũt legislatores? Non possumus hîc dicere, quod aliàs,[d] ab expressione casus, qui frequentiùs solet accidere, non censeri excludi eum, in quo subest eadem ratio, & sequitur idẽ effectus.[e] Nam & difficile est numerare mulierum vitia: quod alius dicit Albericus.[f] & loquaces, & querulæ, & maledicæ sunt supra masculos. Si iniuriã patiũtur, insaniunt. timor linguas earũ nullus frenat. iratæ nõ ꝓspiciunt ad futurũ iudiciũ. &c. quæ hîc apta, & quæ alia plurima detonat Chrysost. in sermone decollationis Baptistæ. Cæterum, & fæminas hîc attineri, mihi certissimũ est.[g] Attinetur fæmina c. si quis suadente. 17. q. 4. etsi sequitur vox illic masculi generis certi.[h] Et ne longum faciam, in quoq; odiosis, quãdo materia est indifferens, item quando odiũ est rationabile, lex loquens per dictionẽ SI QVIS comprehendit etiam fæminã. Fauorabile est reipublicæ, vt delicta puniãtur. itaque & extenditur ad fæminas pœnalis lex. &c.[i] Fæmina non excusatur à maledicto in Deum, ergo nec excusetur à maledicto in principem. Atque ita mihi videtur, maximè quia & de lenitate, & de reliquo cognitionem omnem sibi asseruant principes hîc. Nec obstat, quod audimus,[k] *Nouo*

[d] *Mant. 3. coniect. 19. Caph. cons. 257.*
[e] *Alb. l. 20. C. de inoff. testa.*
[f] *Arist. 9. hist. an. 1. Vide Syl. nupt.*
[g] *Decia. 5. pr. 18.*
[h] *Inst. l. 4. t. C. de tr[illegible]. l. 7. D. de iurisd.*
[i] *Decia. 6. pr. 5.*
[k] *Suet. Tyb. 3. Gell. x. c. 6. Liu. 19. Val. 8. c. 1.*

iure iudicium maiestatis apud populum mulier subiit, quod in conferta multitudine, ægrè procedente carpento, palam optauerit, vt frater suus reuiuisceret, atque iterum classem amitteret, quò minor turba Romæ foret. Hoc enim nouum, l id est, inquum, m quoniam nec lubricum linguæ facilè trahẽdum sit ad pœnam. certè non huc ad maiestatis crimẽ. *Insontem crimine uotum impium subuertit*: de eadem muliere.

l Tac. ann. 2. l. 1. quod qui. iu. m l. 7. ad le. Iul ma. Alex. 3. cons. 15.

IMPERATORI. Loquitur sanè de principe legitimo. Sed & tyrãnus ius idem dicet sibi, si volet. In legitimo, agente tyrannicè, idem est: vt noto mox. Ille in Israële tyrannicè, quem Samuel Iudæis, à rege deterrendis, proponit. *o* vt sic Faber nouissimè ex nostris. quod tamen tracto ego alibi. Idem in omni alio principe supremo. quod dico nõ vno loco. At quid in Cæsaribus? n De his etiam alibi ego exposui. o *Abhinc* (ab Hadriano scilicet per Traïanum adscito ad imperium) *diuisa nomina Cæsarum, atque Augusti: inductumque in rempublicam, vti duo, seu plures summæ potentiæ, dissimiles cognomento, ac potestate dispari sint.* Neque in Cæsaribus capio legem. nisi fortè, quia sic commodum est isti loquaci cãdere sub legẽ istam mitissimam. 6 Sed hîc notat Salycetus, verbalem iniuriam fieri absenti; & verba vel

1. Sam. 8. o Fab. 3. Sem. 16. n Alb. l. 1. C. de malef. o A. Vict. in Traia. 6 l. 15. de iniur.

ba vel statuti hæc, *si quis iniuriam intulerit alicui*, non exigere iniuriati præsentiam. Quod & alii in additis Salyceto. Et quia iniuria non sit, si iniuriatus ad animum non reuocet incontinenti, hìc satis sit, reuocasse ad animum statim, atque sibi est nunciatũ. Aristoteles verò hæc in se absentem dicta duxit nihili: *Absentem me etiam verberent*, inquit. Philosophi fortè spernant & præsentes. p Nam siquidem ea dixerint, quæ in nobis corrigenda sint, emendabunt: Sin aliàs, nihil ad nos. q At Scipio frater tractat integrâ oratione hoc, si expediat principi, hanc libertatem loquendi de se aliis permittere. Ad eum ito.

p *Diog. in Socr.*

q *Scip. lib. 2. de coniur.*

MALEDIXERIT. Maledictũ est omne verbum importans contumeliam. vt hìc scribit Baldus.[r] Sic differt à malefacto. Sic (vt dixi) titulus iste distinguitur à sequenti. Et tamen quod & in statutis, & in pœnalibus, maleficii nomine etiam veniat aliàs maledictum, tenetur communiter, & practicatur contra Bartolum.[s] Etsi dicit etiam Tacitus, à maleficiis dicta differre.[t] Etiam tenet Bartolum Alexander in terminis, in quibus ille loquitur, quum statutum foret contra ius commune, & odiosum: veluti quod duplicaret pœnas maleficiis nocturnis. Sed hæc sunt generaliora.

r *Bar. l. 16. de pœn. vbi add.*

s *Tac. ann. 3.*

t *Alex. 1. cons. 77.*

Inquit lex, MODESTIÆ NESCIVS, ET PVDORIS IGNARVS. id est, iam nullo rationis sensu ductus. u Quô enim vis legum non pertingit, eò pertingit pudor. ἵν' αἰδὼς, ἔνθα καὶ δέος. &c. Et pudor tamen propriè ipsos afficit principes, nos timor. quod dico in disputatione de potestate principis. Sed est & omnibus pudor positus. ἐπὶ πάντας, ἔφη ὁ Ζεύς.

u *Pla Euthyphr. Prolog. ep. 7.*

IMPROBO PETVLANTIQVE. Et nullũ potest non esse improbum maledictum in principem. Quod & dicam de malefacto in alia disputatione. x *Principi populi non maledices.* Nec distinguit Deus de vero, vel falso. y Sed nec distinxit pro sua defensione apostolus: qui pro certo verũ tamen dixit principi sacerdotum conuicium: at solùm, Οὐκ ᾔδειν, ὅτι ἐστὶν ἀρχιερεύς. Et Harmenopulus hîc, Ἐάν τις κακῶς μνημονεύσῃ τοῦ βασιλέως: *Si quis malè memoret regis.* Cũ aliis distinguitur. z Vt sic audis, *Eum, qui nocentem infamauit, non esse bonum æquum, ob eam rem condemnari. peccata enim nocentium nota esse, & oportere, & expedire.* Aut nec cum aliis distinguitur. a ecce, audi, *nec tamẽ supplicio, etiam si aliquid ostenderit, subtrahatur.* de eo, qui libellum scripserit famosum. Quæ etsi lex relata in corpus non sit Iustinianicarum: itaque non & esse lex videatur. sit tamen, quæ legem hodieque faciat, ratio eiusdem legis, quod is in-

x *Exod. 22.*
y *Act. 23.*
z *l. 18. de iniur.*
a *l. 1. C. T. de fam. libr. vbi Ania.*

is infamare maluerit, quàm accusare:[b] & viam iniit vetitam, & abominatam legibus; apertam, & laudatam, publicè accusandi, non est ingressus.[c] Atque sic opinio ista, quæ nō excusat hominem, qui veritatem probauit libelli famosi, in camera etiam Imperii obtinuit: quicquid quidam opinentur contrarium.

b l. 2. 4. 7. C. T. eo.

c Myns. 4. obs. 4.

NOMINA NOSTRA, &c. [d] Imperatores (inquit quidam) omnia sibi voluerunt sacra, oracula, aures, scrinia, ęrarium, nomē: [e] os suum diuinum, suam diuinitatem, æternitatem. Et horum quidquam lacesses?[f] Scio illa Sulpitii: *Stultitia regum omnium, qui sibi diuina vindicant.*[g] Et illa lego apud Cuiacium, qui se excusat, quod purpuram imperatoriam dixerit vsibus deputatam sacris: *Loquor* (inquit) *vt nostri autores, sacris, diuis, diuinis: Sentio, vt Socrates Christianus, qui imperatores θειοτάτους καὶ δεσπότας vocari non tulit æquo animo. vt Tyberius, qui occupationes suas non est passus vocari sacras.* Quid tamen? quid?[h] Non & scriptura Deos quoque vocat principes, & magistratus? Et excellentia sic notatur quædam supra homines, non adfingitur quicquam par Deo. Homines, vulgus promiscuum; Viri, honoratiores; Dii, magistratus. quæ de scripturis Drusius meus ęrudi-

d Iur. 9. Sym. 54.

e Alb. de abu. mend. 13.

f Sulp. Sev. lib. 2.

g Cuia. l. 9. C. de muril.

h Drus. 2. misc. 65. & de quæ. ep. 4. & 1. Ebr. 1. 1.

tissimus. i Ἀστεῖος τῷ θεῷ, de Moyse supra communem hominum captum venusto.

i *Act. 7. vbi Bez.*

OBTRECTATOR TEMPORVM. Theodosium, cuius est hæc constitutio, laudant scriptores omnes, Ambrosius etiam funebri oratione, etiam (k poeta quidem eximius, sed paganus peruicacissimus) Claudianus. l Non sic Zosimus tamen, qui luxum, auaritiam eiusdem latè accusat, & mala sub eo facta populis. Nec dubium, quin pagani omnes obtrectati sint, & maledixerint illis temporibus. Atque contra hos editam constitutionem præcipuè opinor ego. Etsi nec ignoro, principibus omnibus, & optimis hoc contingere, vt ab aliquibus infamentur.[m] Regium est, audire malè, quum feceris benè. Et hìc plura narrare possim. Sed & scio, ab eodem Ambrosio, à Chrysostomo gesta quædam Theodosii accusata grauiter, & animaduersa.[n] quæ & nostri habent interpretes. Porrò autem vt in temporum felicitate laudari principes solent, ita in infelicitate vituperari.[o] itaque vocabulis aliis, & scæua tyrannorum tempora appellabantur, id est, crudelia, scelerata, mala.

k *Oros. 7. c. 35.*
l *Zos. lib. 4.*
m *Plut. Alex.*
n *Decia. 7. pr. 51. Fab. 3. Sem. 17.*
o *Iuret. Sym. 2. ep. 25.*

EVM POENÆ NOLVMVS &c. Harmenopulus: οὐχ ὑπόκειται εὐθὺς τιμωρίᾳ. *non subiacet confestim pœnæ.*[p] Attamen capitale fuit olim, principi maledixisse.[q] Et nec excusari poeta potu-

p *Suet. Tyb. 28. 58. Dom. 12. Tac. ann. 1. 2. Dio. 57.*
q *Tac. ann. 3.*

potuerit, quin ob vana quædam dicta non necaretur. etsi, vana à scelestis, dicta à maleficiis differre, responderetur. [r] Filius, qui maledicerет patri suo, aut matri suæ, morte per legem ipsam Dei puniebatur. itaque et maledicens principi: qui itidem pater est. [s] Τὸν γὰρ ἄρχοντα οὕτω χρὴ προεστάναι τῶν ὑπηκόων, ὡς πατέρα παίδων. Quid? Cicero in quarto de republica, contra libertatem Atticæ comœdiæ veteris, *Nostræ contra duodecim tabulæ, cum perpauca, res capite sanxissent, in his hãc quoque sanciendam putauerunt, si quis occentauisset, siue carmen condidisset, quod infamiam faceret alteri.* &c. [t] De qua lege, post alios, politissimi Augustinus, & Vrsinus tradũt. Et Vrsinus in his, quæ de iure sunt publico. Inquit autem Cicero, capite rem hanc sancitã. Vbi nostri nunc legislatores aiunt, NEQVE DVRVM ALIQVID NEC ASPERVM, &c. Verũ de libello famoso ea est lex in duodecim. [u] cuius parem & nunc habemus. [x] Aut putamus, verbo illo vetere *occentauisset* significari conuicium omne, extra quoq; libellum famosum? [y] Et disiungit Arnobius carmen famosum à conuicio: *Ac ne vestras aures conuicio aliquis petulantiore pulsaret, de atrocibus formulas constituistis iniuriis.* Postquam de carmine egit famoso. [z] Cæterum nec omne maledictum conuicium est. Cõ-

r *Exo.* 21.

s *Phi. de cre. prin.*

t *Aug. de leg. 12. Tab. c.* 34.

u *C. de fam. lib.*

x *Festus.*

y *Arnob. lib.* 4.

z *l.* 15. *de iniur.*

uicium eſt grauius, & atrocius maledictum. Et ſic igitur non putem, lege vlla conſtitutam capitis pœnam pro ſimplici maledicto. [a] Habent alii, habet frater meus in Parergis de carmine famoſo, epigrammate, & ſimilibus, & de legibus iſthic variis. Noſtræ eſt clementia magna, niſi ſit venenum in cauda pernicioſius. quod metuo.

[a] Scip. 2. Parer. 29. 30.

QVONIAM SI ID EX LEVITATE, &c. Harmenopulus, εἰ μὲν ἀπὸ κουφότητος. [b] Et præceptor meus Eugenius ita, parcendum homini leui, qui libellum famoſum ſcripſit, dũ nec intelligeret, quàm graue hoc eſſet crimen. Et hoc manifeſtè apparuiſſe ex eo, quod facilè, & vix interrogatus faſſus fuit, & omnia propalauit. [c] Atque ſi leuiſſima vel leuis culpa non punitur criminaliter, & maximè atrociter: quæ eſt quædam inaduertẽtia, pariter nec punietur leuitas hìc. [d] Leuis eſt facilis facere, & ſic inconſtans quoq;. Et leuitati etiã alibi ſubuenitur: [e] iuuenili leuitati. TEMVLENTIA TVRBVLENTVS, dixit lex antea. Et nos de temulẽtis mox: [f] hìc, quod ὥσπερ οἱ οἰνωμένοι, ὑπὸ διάθερμοί εἰσιν οἱ νέοι ὑπὸ τῆς φύσεως. Et quod hìc itidem valeat, τὰ ἀδικήματα ἀδικοῦσιν εἰς ὕβριν, καὶ οὐ κακουργίαν. &c. Eadem verò quis neget fœminis, quæ dicimus de leuitate omni & de contumelia ex leuitate? [g] *Contumelia eſt minor iniuria, quam queri magis,*

[b] Eug. 1. conſ. 179.
[c] Bal. 3. conſ. 226. & 5. con. 222.
[d] l. 1. §. exẽpli. de ad. ed. vbi Cap.
[e] l. 24. de min.
[f] Ariſt. 2. Rh. 12.
[g] Senec. 2. de tranq.

magis, quàm exequi possumus: quam leges quoque nulla dignam vindicta putauerunt: facta, dicta inhonorifica. sermonem meum risit, me in imo collocauit, &c. apud Senecam. Ego dico, contumeliam esse semper à leuibus hominibus, & contemnendam.

SI EX INSANIA, &c. Harmenopulus, εἰ δὲ ἀπὸ μανίας, καὶ παραφρονοῦντες.[h] Ego de his omnibus speciebus alibi explicaui. Et hîc omnes proculdubio lex intelligit sub vno insaniæ nomine, etsi hæc species vna est.[i] Sic autem Modestinus quoque, Personam hîc spectandam, an sanæ mentis fuerit. & quamquam temerarii digni pœna sint, tamē vt insanis illis parcendum. [o] *Stultis, quasi negligeret, indulsit:* de Claudio secūdo historia. Et neque de verè insanis hæc intelliguntur, [a] quorū neq; intelligi delictum potest. [θ] *Vbi furor adest, intellectus abest.* sed de velut insanis, de sanis per insaniam loquētibus. quod sæpe contingit.[k] Hîc de illis passionibus omnib⁹ sit dicendū, quas dixi alibi furori ꝓximas, irā, amorē, ebrietatē, similia.[l] Cōfessioni in iudicio per irā factæ non statur. &c. quæ Albericus habet alicubi. Irati, itaq; inconsultè iurantis, nō punitur periurium. vt audiemus ꝓxima disputatione.[m] *Quicquid calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratū est, quā si perseuerātia apparuit, iudiciū animi fuisse.*[n] Etiam, qui alium interfecit

h *Alb. 3. de nupt. 7.*

i *l. 7. ad leg. Iu. maiest.*

o *Treb. Poll. in Clau.*

a *l. 3. de iniur.*

θ *Ceph. cons. 753.*

k *Alb. 3. de nupt. 7. 8. & lib. 7 c. 12. 13.*

l *Alb. l 4. C. de adult.*

m *l. 48. de reg. iur.*

n *Marſ. sing. 270.*

per iracundiam nec ex facto occisi, mitiori puniri pœna potest. o Ira impedit animum, ne possit cernere verum. & commotionis tempore iustum putat esse omne, quod dixit. p Et sic alia sunt de ira: & dicuntur alia per hanc legem nostram. Dictum, vel factum calore iracundiæ non imputari: etiam delicta puniri mitius. ω Iracũdia, quæ tollit mentem sic excusat. alia non excusat: at obligat pœnæ ordinariæ, & ita distinguit Hostiensis in summa de maledicis: & ego distinxisse videor alibi. q Alii, an fuerit ira ex iusta caussa, & tum puniri delictum mitius. Sed illud est notandum, quod additur de perseuerantia. r Et quod tractant criminalistæ, infra quantum tempus possit dici factũ ex iracundia. Nam de iusta caussa vacat hîc, vbi nullam censemus caussam maledicendi principi iustam. At & de ista perseuerantia princeps hîc vtique seruat cognitionem omnem sibi. s Sic autem & de amore, qui mẽtem facit insanam. Et notes, quod etiam in rem amatam facit amor maledicũ. Et itaque recitat Clarus, in senatu suo absolutum hominem, qui libellum famosum publicauerat contra quandam puellam, cuius erat captus amore. Quod sanè est grauius crimen, quàm maledictum simplex, & incogitatò effusum. Etiam & nec videtur illic obtinere, quod

o c.67.11.q.3. Spec. de aduo. §.4.

p Bologn. cõs. 36. Ias. l.19. C. de inoff. te. Dec. cõs. 256.

ω Pan. c. 1. de his, qui fil. occ.

q Clar. §. fi. q. 60.

r Carr. §. homicidium.

s Decia. 6. pr. 2.

quod distinctum est de perseuerantia. [t] Nã scriptio arguit iudicium animi, ac deliberationem. [u] Idem facit & geminatio. vt etiam habet Euerardus in loco à vi geminationis, quod iterans conuicium, non videtur ex iracundia, sed ex deliberatione dixisse. Et id tu cautè cape in verè geminatis: [θ] quæ non sic sunt, si vno momento, & continuato tractu pluries dictum conuicium est. Sic & de ebrietate. de qua & lex attigit, TEMVLENTIA TVRBVLENTVS. [x] *Facit vinum, vt vir potus neque regem, neque magistratum recordetur.* [y] Et Plato, μεθυσθέντα, μὴ εἰδέναι ὅπη γῆς ἐστι. &c. Et sic plura passim: & per Albericum hîc. [z] Et Florianus per hanc legem, quod ebrius delinquens puniri non debet: aut certè debeat puniri mitius. [a] Quod adhuc limitat Baldus expreßè, si & magna sit ebrietas. nã parua ebrietas nec mitiget pœnam. Magna est, si alienatio est mentis, & exilium. parua est, si caluit, & leuiter turbata mens est. vt tradunt hi duo interpretes. Ego post alios dicô alibi de ebrio. [b] Hîc, quod sermo ebriorum exceptus aliquando in crimen maiestatis. [c] Contra quàm factum à Pyrrho legitur, cum militibus quibusdam, qui sibi per ebrietatem maledixisse fatebantur: & maledicturos largius profitebantur, si etiam largius potauissent. [d] Impetu delinquere dici-

[t] *Bar. l. 2. C. de sent. ex peri. rec. Aret. l. 5. de leg. 1.*
[u] *Bar. l. 21. C. de agric.*
[θ] *Dec. l. 9. de iurisd.*
[x] *Ezr. 3. c. 3.*
[y] *Pla. 3. De rep.*
[z] *Flô. l. sed & ad leg. Aqui.*
[a] *Bal l. 11. C. de his, qui acc. non po. l. 1. C. vnde vi.*
[b] *Sene. 3. de benef 25.*
[c] *Plut. Pyr. & Val. 5. c. 1.*
[d] *l. 11. de pœn.*

e Bal. d. 11. C. tur, qui per ebrietatem delinquit. e quod est inconsultè, subito motu. f Delinquitur & casu: *cum in venando telum, in feram missum, hominem interfecit.* f Et hoc non punitur vllo modo, si nec vllo modo culpa aliqua præcedit ipsum casum. g Delictum propriè etiã hoc est, etsi nõ punitur. vt & contractus quidam sic dicitur, de quo non est obligatio. Nec .n. sequitur, vt delictum non sit, si non punitur. Itaque defendi canonistæ possunt, q irregularitaté (θ hæc facilius cõtrahitur, quã peccatum) inducũt etiã vbi nulla esse pœna potest. ω De ebrio autem, & duplici eius culpa puniẽda adhuc miti⁹, pulcrè Bald⁹; quia deterior est vnus dol⁹, quã multæ culpæ. Porrò aũt & aliud delictũ omne, qđ nõ dolo patratũ est, extraordinariè punitur, ac miti⁹. ω Quælibet animi maxima pturbatio.

f Flor. l. 1. si qua pa. se. di. f l. pe. de inc. ru. naufr.

g Bal. l. 5. C. ex qui. ca. ma. & d. 11.

θ Castr. rep l. ex hoc iure. Flor. d. l. 1. ω B. d. l. 1. vn. vi.

ω Decia. 5. pr. 37.

Sequitur in lege, SI AB INIVRIA REMITTENDVM. & sic, leues contemnendos, insanorum miserendũ, iniuriosis remittendum. Et isti dicuntur à glossa hîc, qui ex animo maledicunt: quod est notandum, vt ignoscatur eiusmodi. Ego dixisse, *ab iniuria*, quã scilicet iste maledicens accepisse à principe se, vel ministris principis putet. Huic ignoscere nõnihil, ratio est. h Iustũ.n. dolorẽ tẽperare quis facilè nequit. *cũ sit difficilimũ, iustum dolorẽ tẽperare.* i Impatientiã doloris etiam excusant leges valde. k Mitius puniũt

h l. 38. de adult.

i l. 38. de pœnis.

k Pan. c. 2. de apostat. Alc. 7. cons. 5.

dolorē iustū. vt obseruat Panormitanus, & quū delictum ex quadā pietate cōmissū est. Dic tu, si pater, si filius supplicio affectus sit, ꝓpter quē principi maledicatur. Et hæc legis nostræ clemētia alia est ab eo, [l] quod recitat Tacitus, sub Tyberio necatam matrē, quæ fleuisset (& vetitū damnatos lugere) filii necē. [m] *Querula vox doloris, & læsus animus vociferatione pascitur.* [n] Parcitur dolori inconsulto. [o] Dolor est rerū æstimator iniustus. Quid tū? Et delictis parcitur. vt audisti. ēt, quæ cōmissa iniuriosè sunt, & ex animo. vt hîc ἐξ ἀγνοίας. ait Harmenopolus: contra glossatorē, & textū. itaq; reponi volunt ἐξ ἀδικίας. Potest ἐκ ἀγνοίας [θ] Ex Basilicis habēt quidā, εἰ δὲ ὡς ἀδικούμενος, συγχωρητέον. Sed nos sequimur legē nostrā. [p] Simplicitati (nō dubium) ignoscitur, τῇ ἀγνοίᾳ. Simplicitas semper excusat. Tu nota, quod ad titulū nostrū fortè non obtinebit exēplū simplicitatis, quod tradūt doctores in milite. imperatoris. n. maiestatē cognoscere milites debēt, itē & reuereri supra omnes. Itaq; nec militibus possit ꝓdesse, [q] quod ꝓdest aliis, quod ioco dixerint, nisi olim sequētes triūphātē. Immēsū verò sit, de his omnib. exponere defēsionib⁹: de quib. & tractatores criminalistæ scribūt latè. Absq; his omnib. qđ nō curet papa maledicta, notat Alb. hîc. Et tamē papa Deus, an diabol⁹ certissim⁹? Principes certè dii.

[l] *Tac. ann* 3. *Suet. Tyb.* 61.
[m] *Cassiod.* 2. *ep.* 19.
[n] *Alb. l.* 4. *C. de adult.*
[o] *Sene. Troa.*
[θ] *Cont. ad l.* 7. *D. ad l. Iul. ma.*
[p] *Decia.* 5. *pro* 37.
[q] *Decia.* 10.

qui iridem nec curare videntur, velut leuissima quædam. Quid tamen? *Rerum omnium leuissimam grauissima pœna vindicant dii, maledicta per imprudentiam, per iram*, &c. r quæ recitat Plutarchus de Platone. s Ego alibi hæc grauissima dixi. Et dixi ibi benè. t Sed certè iniuria facti est, quàm verbi acerbior. Etiam facta per imprudentiam tamen? u *Scilicet in superis etiam fortuna luenda est. Nec veniam læso nomine casus habet.* Quos recitauit aliquando versiculos ingeniosissimè vir nobilis aduersus nobilem alium (eheu!) contumacem principi per imprudentiam. & quibus potuit meritò reponi, x *Omnis an in magnos culpa Deos scelus est?* y Nec tamen ignoro, quod Deus verus morte punit imprudentiam facti vel in arcam suã. z Etiam necatus ille, qui recuperauit diadema Alexandri, sed & capiti imposuit sibi, ne madefaceret: qui natare habuit. a Apud Persas etiam puniebatur capite, qui vel currus sic attigerit concubinæ regiæ. b Puella flammis consumpta, quæ imprudens in forum expuit, & sputum in feretrum defunctæ imperatricis eiecit. Plura sic sunt. quis ignorat? Sed non sunt omnia explicanda. Contra nobilem illum obiectabatur superbia, indignatio, contemptus. c Sed nec illa puniuntur ordinariè. Et contempus non sem-

r *Plut. de vtil. cap. ab inim.*
s *Alb. 1. de iu. bel.* 18.
t *l. 16. de pœn l. 18. de iniu.*
u *Ouid. 2. Trist. 1.*
x *Ouid. 1. Pont. 7.*
y *2. Sam. 6.*
z *Arria. li. 7.*
a *Plut. Artox.*
b *Zon. 3.*
c *Alex. ad Bar. l. 11. de pœn.*

ſemper eſt ex non parendo. [d] ſi aliud eſt cõtemnere, aliud non parere. [e] Aliud eſt negligere, aliud impotenter agere, aliud contemnere. Contemptus punitur grauius, & veluti peccatum (inquit Socinus) in Spiritũ ſanctum. [f] Contemptus propriè eſt, & dicitur, quum ex ſola voluntate non vult quis ſe ſubiicere præceptis ſuperioris: non ſi ex ira, concupiſcentia, negligentia. Veniale peccatum eſt, quod ex contemtu non eſt. Quæ, & alia plura Panormitanus docet. Quod nec frequentia criminis operatur cõtemtum. Quod ille puniatur leuius, qui ex quadam, qua tenetur, concupiſcentia nõ vult obedire, quam qui ex contemptu. &c. [g] Etiam, qui ex iniuſta cauſa non obedit, non dicitur contemnere: ſed cuius voluntas in hoc dirigitur, vt nolit obedire, quia ſpernit poteſtatem præcipientis. A delicto etiam iniuſtæ cauſſæ excuſant, temerariæ, beſtiales. quia delictum non poſſit eſſe, vbi dolus non eſt. & dolus non eſt, vbi malitia, & animus delinquendi non eſt. Quæ Decianus pulcrè in terminis contemtus. & is allegat plures, qui idem tradant. Habet verò & diſtinctionem nobilem, quod aut de cauſſa iniuſta excuſante quæritur aduerſum intereſſe tertii, & tunc, ne quis ſub prætextu iniuſtæ cauſſæ damnum pariatur, cauſſa iniu-

d *El. c. quis. diſt. x.*
e *Soc. rub. de no. op. nunc.*
f *Pan. rub. de obſ. ieiu. &c. 7. ne cl vel mo. c. 1. de apoſtat.*
g *Dec. 3. cõſ. 14.*

ſta nō excuſet. aut quæritur quum ſola principis vertitur offenſio, nullum alicuius intereſſe, & tunc remoto dolo, & contemtu, communiter omnes, nullo excepto, cōcludant, quod quælibet cauſſa, etiam iniuſta excuſet.

VNDE INTEGRIS OMNIBVS, &c. Quid hoc? Qui dicit omnia, nihil excludit. Et nec igitur accuſari is poteſt. Et nec deferri in iudicium. NEQVE DVRVM ALIQVID, &c. at accuſari profectò eſt *aliquid* durum. Seruant principes ſibi cognitionem hanc, an maledicta hæc debeant *exquiri*. ergo nec ſint exquitenda ante eam cognitionem.[h] Accuſatus, etiam quum eius nomen receptum nōdum eſt inter reos, ſæpius nequit accuſare.[i] Suum accuſatorem nec ciuiliter conuenire aut ex alia penitus ſeparata cauſſa poteſt.[k] Accuſatus de crimine famoſo, dicitur infamis de facto, itaq; nec admittitur ad dignitates.[l] Ex ſola accuſatione hoc fit, etiam ſi non contrahatur infamia facti, ſed tantum ſuſpicio. Mitto carcerem, alia, quę profectò dura, & aſpera ſuſtinet accuſatus: & quæ nota omnibus.[a] Afferri poſſunt huc, quæ tractantur de re integra, vel nō integra in quæſtionibus procuratoriis nōnullis. Item quæ de attentatis diſputantur ad titulum, *nihil innouari appellatione interpoſita*.[m] Verbum inte-

h Clar. § fi. q. 14.
i Clar. § fi. q. 2.
k Bart. l. 13. de testam.
l Aret. d. l. 13.
a Dec. c. 19. de off. deleg. & Aldobr.
m Decia. 1. conſ. 57. Dec. c. vlt. de conſ. vt. vel inut.

integrè negat omnem deminutionem, iustã, iniustam, facti, iuris. profectò hîc, vbi dictũque, *integris omnibus*. Inquit lex, REFERATVR AD NOSTRAM SCIENTIAM. hoc igitur tãtum datur isthic aliis magistratibus, ipsi præfecto prętorio per epigraphen legis. Quod notandum propter magistratus eius potestatem immensam. n quam Commodus dicitur partitus in duos, & eo modo imbecilliorem reddidisse contra principem. Et hîc obiter, quid sit, quod non vnius præfecti meminit Suetonius in Caligula, si Commodus fecit plures? o *non sine conscientia præfectorum prætorii*, &c. de coniuratione quadã in Caligulam. Quærite de interpretibus Suetonii. *u* Sed & Tacitus meminit non vnius ꝑ certo, nec vno in loco: Post etiã plures fuere hi præfecti quod in primo libro Codicis legimus, &in libello notitiæ imperii. Iste hîc Rufinus ille fuit proculdubio, qui mox tutor Archadii, & Orientis, affectans imperium periit: & in quem sunt libri Claudiani.

n *Herodian.* 1.

o *Suet. Calig.* 56.

u *Tac. hist.* 1. 2.

VT EX PERSONIS, &c. p Nomen *persona* continet & masculos, & fæminas: quas & contineri hac lege, diximus ante. etiam collegium, & vniuersitatem continet sæpè. q Item *hominis* appellatione tam fæminam, quam masculum

p *Rebuff. l.* 1. *de V. S. Decia.* 1. *cons.* x. *Ceph.* 343.

q *l.* 152. *de V. S.*

continineri non dubitatur. [r] Cæterum persona Latinè loquentibus est hominis qualitas in moribus, in fortuna. status hominis ab animo, aut fortuna. & de qualitate, siue statu à fortuna. sic illa summa toti⁹ iuris partitio, in personas, res, actiones. [s] De vtroque disputatio illa in examinanda testium fide, & plura passim apud nostros, & apud alios auctores. Quod verò ait lex de pensandis his dictis ex personis, ad id dicas, [t] quod conditio personarum spectãda est in omnibus: & eius consideratio præferenda omnibus. [u] Propter personarum legalitatem magnam deferendæ sunt & regulæ iuris. De quo pulcrè Iason, & Decius exponunt. Vt idem censeamus nos dicendum in casu contrario illegalitatis. At in proposito legis nostræ notanda sit *l. si non conuicii.* C. de iniur. Vbi nec excusat rixa, & inconsultus calor. De quo illic Baldus, Angelus, Salycetus. Animus iniuriandi, itaque dolus præsumitur ex conuicio. itaque probat contrarium qui negat. [x] Etiam probat, qui dicit, se calore fecisse. Sunt aũt quæstiones hìc duæ: vna, an sit delictum: altera, an sit puniendũ. Et lex spectat magis istã posteriorẽ. Et notauit, quas audiuimus, caussas nõ puniẽdi. Et audiuimus generaliter, vt sibi iudiciũ hoc seruẽt principes Itaque Harmenopulus temere: εἰ δὲ πα-

ρὰ τοὺς

[r] *Scal. de ca. l. La.* 73. & 1. *Poet.* 3.

[s] *l.* 3. *de testi.*

[t] *Decia.* 3. *cons.* 57. *Ceph.* 493.

[u] *Ias. Auth.* iubemus. *D. de iudi. Dec c.* accepta. *de app.*

[x] *Alex. ad Bar. l.* 11. *de pen.*

ἐφ᾽ τοὺς τρεῖς τρόπους τούτους, δι᾽ ἄλλην αἰτίαν εἴρηκεν, ὑπομενέτω τὴν τιμωρίαν. Atq; aut casus omnes illis includũtur trib⁹, leuitatis, insaniæ, iniustitiæ. aut si qui sit alius, etiã is deferendus ad sciẽtiã principis. Quid si corrigendi animo dictũ aliquid iniuriosum? [y] In officiali, qui sic dixerit priuato, responsum est, non dari contra eum actionem iniuriarum. Sed id in casu contrario non puto verum: [a] quoniam non sit minoris corrigere maiorem, subditi non sit corrigere principem. Et puto tamẽ, idem hoc referendum ad principem. Illa prudenter subdit: τῇ δυνάμει τῶν παρ᾽ αὐτοῦ λεχθέντων λόγων, ἀνάλογον πρὸς τὴν φλυαρίαν. Vt in imponenda pœna etiam verborum sit qualitas respicienda. [z] Etenim iniuria facta sub quadam generalitate minor est. [a] Quidam dicunt, quod nec sit iniuria per generale conuicium, puta, dicendo ad aliquem, quod sit maledicus. contra quæ tamen sunt hîc addita Salyceto. Aut, quid ingredimur materiam istam? [b] Etiam plura isthic sunt consideranda: quæ ibi seruat princeps omnia pensanda ex personis tamen. *Ex personis*, ex ipso illo homine, qui protulit maledictum: non ex qualitate generaliter ordinis eius. Dico palàm. si concionator verbi diuini maledixerit principi, etiam concionator iste deferendus principi est. & princeps de eo iudi-

y *Nat.cons.* 462. *Fely.c.23.de sent. & re iud.*

a *C.de emẽd. prop. & §. si verò. in Auth. de nupt.*

z *Alc.5.cons.* 40.

a *Hier. Giach.ad Clar.* § iniuria.

b *l.7.de iniur.*

cabit ex persona speciali sua, non ex generali, quæ sit, aut esse debet concionatoris. Afferunt priuatos isti affectus sæpe: quos & vltum eunt ad hunc modum sub prætextu (ô impios!) iniuncti sibi muneris increpandi: & ad hunc modum grassantur sæuiter, bacchantur insaniter. Neque hìc ego me contineo, quin recitem vobis verissimè aurea fratris mei verba aduersus Chrysostomum:[c] *Cuius (vt ingenuè, quod sentio, dicā) probare nō possum nimiam illam, ac penè truculentam libertatem, præsertim in principes: quam passim in concionibus eius videas: & historiæ ecclesiasticæ scriptores non sine insectatione commemorant. Qualia illa fuerunt in vxorem imperatoris Archadii! Mihi verò placet vehementer illa sententia, & admonitio Flauii Iosephi, quæ eadem* (si rectè memini) *& Polybii est, colere officiis, non exasperare iurgiis oportet potestatem. Similiter Quinctus Curtius, Obsequio mitigantur imperia.* Nego, esse tyranni,[e] quod tamen censet Molinæus, defensionem non admittere, quod bono zelo dictum quid sit. Non est zelus secundum scientiam. De iniuria in cōcionando facta habet etiam Clarus. Ait is, & iniuriam esse verbalem, si quis alteri minitetur. Atque de minis hìc Baldus, Bartolus, Angelus, Salycetus, Albericus tangunt. sed alterius loci materia est.

[c] Scip. 1. decō- iur. 4.

[e] Mol. ad Dec. cons. 256.

ET

ET VTRVM PRÆTERMITTI,&c. Hic vis est huius totius legis. Cetera sunt verba. Etiam dicet princeps insano, [d] *Stultus in culpa, fiat sapiens in pœna.* [e] Etiam lubricum linguæ trahetur ad pœnam, etsi non *facilè.* Inquit lex, *si tale sit delictum, quod vel ex scriptura legis descendit, vel ad exemplum legis vindicandum est.* Quibus duabus exceptionibus quis non concluditur casus? Etiam ad exemplum? quo inueniri nihil potest latius. [f] Sed hîc alia quoque distinctio est. quod aut maledictum est personæ, aut potestati principis. & priore casu loquatur hæc lex, non altero. sit altero casu etiam crimen maiestatis. Decii defensio fuerit nihili, quod dicere cum ratione, quod princeps malè faciat, non sit delictum punibile. quia non sit dicere de potestatis, sed de voluntatis defectu. Et alia eiusdem minus nihili pro eo, qui suadebat populo ad non tolerandum, quia iniustum. quia id sit, ad non tolerandũ de iure. Et omnia eiusdem in responso illo sunt valde friuola hoc nomine, quod reus ille nõ per legitimos tramites rem traxit.

d *Alb. l. 14. de off. præf.*
e *l. 7. adl. Iul. ma.*
f *Dec. cons. 256. Decia. 7. pr. 50.*

AN EXQVIRI. De pœna nihil addũt. [g] Quidã in eiusmodi maledicẽtẽ statuit nihil aliud, q̃ vt illi9 collo nudo ensis nudat9 admoueretur. [h] Gallienus, cũ quidã gẽmas vitreas pro veris vẽdidisset eius vxori, atq; illa re prodita vindicari vellet, surripi quasi ad leonẽ vẽ-


g *Plut. de vir. mor.*
h *Treb. Gall.*

ditorem iussit. deinde cauea caponem emittit: mirantibusque cunctis rem tam ridiculam, per curionem dici iussit: Imposturam fecit, & passus est. deinde negotiatorem dimisit. Sed isti sunt lusus: per quos non fiat principibus satis. i Et eiusdem Gallieni illa sunt, *Occidendus est quicunque malè voluit. occidendus est quicunq; malè dixit.* Clementius egissent nostri legislatores hîc, si certas species, & pœnas constituissent certas. Præfatio clemens, & principium lene atrocioris potest exitus signum esse. k vt ad Domitiani præfationes est dictum. Et hæc satis. & non nihil dicam disputatione proxima.

i *Treb. Ingē.*

k *Suet. Dom.* 11.

DE



DE CRIMINIBVS MAIESTATIS

ad l. I. l. 2. C. ad leg. Iul. maiest.

DISPVTATIO II.



TIAM EX ALIIS CAVSSIS, &c. Quæ lex Iulia maiestatis sit, quid maiestas, quid eadem læsa, vel minuta, quid perduellio, & id genus plura, explicata vbique, non explico rursum ego, nec facio vanos, verbosos commentarios. [α] De nomine *perduellionis* recitat, & reiicit aliorum somnium Decianus. [β] Sed & ipse somniat in altero, dum negat, à duello dictum. cum duellum temporibus Longobardorum sit inuentum, at perduellionis nomẽ multo ante fuerit. ineptè. [θ] Sed idem tamen alibi aptè. [a] Maiestatis nomen de augustiori quadam dignitate dicitur certè. & sic tractatum *de maiestate* habet Valerius Maximus. [b] Et vnde apud Trebellium, *Constat de genere, non satis tamen constat de dignitate, vel, vt cœperunt alii loqui, de maiestate.* [c] Ad quem eruditissimus Meursius, quòd hoc *maiestatis* nomen seruili adulati-

α *Decia. 7. pr. 45.*
β *Alb. 1. de iu. be. 2.*
θ *Decia. 7. pr. 6.*
a *Val. 2. c. x.*
b *Treb. Gallie.*
c *Meur. philol. 30.*

one aulicorum crescente adtributum imperatoribus fuerit. itaque apud posteriores dumtaxat historicos, ac panegyricos reperiatur. item in lapidibus D. N. M. Q. V. *deuotus numini, maiestatique vestra.* d Et tamen lapides sunt antiquiores, nempe sub Caracalla, qui idem habent, EQVITES DEVOTI NVMINI MAIESTATIQVE EIVS. Idem sub Aureliano, Diocletiano, ante tempus Trebellii Pollionis, quũ amicus meus nomen inuentum existimat. Sed sit nomen *maiestatis* tum significandæ dignitati imperatoriæ specialiter ab illis adsumtum tempore Pollionis: quod antea non esset proprium eius dignitatis, sed augustioris cuiuslibet reuerentiæ, quæ virtutibus, & meritis cuiuslibet deberetur. Et sic ille tractatus Valerii est. Et sic illa Catonis singulariter ad Ciceronẽ, * *me & voluisse de tua maiestate,* &c. Solebant dicere, *amplitudinem, dignitatem,* similia. Et sic alia nomina facta propria aliis dignitatibus, quæ non sunt nomina dignitatum, *maiestatis* regibus, *celsitudinis* ducibus. Inquit lex nostra, quod *ex aliis etiam caussis* cessant crimina maiestatis. An verò ex aliis omnibus? & omnino non sunt hæc crimina? e Et Traianus quidem, Adrianus, Pertinax omnem maiestatis accusationem sustulisse videntur. de quib. & Cõtius notat, Sustu-

d *Brisso. vlt. de form.*

* *Cic. 15. Fam. 5.*

e *Cont. l. 7. D. ad leg. Iu. ma.*

Sustulisse dicitur Traianus, sua contentus magnitudine: qua nulli magis caruerũt, quã qui sibi maiestatem vindicarunt. Et verò ita ego existimo, sublatam ab his omnẽ maiestatis accusationẽ, quæ principalis maiestatis venerationẽ vrgeret læsã: non quæ securitatẽ, etiam dignitatem imperii læsam proponeret. Cur .n. etiam hãc sustulissent optimi principes, quam in republica inuenerũt? Quam inuenerunt imperii maiestatem, eã sibi hi principes non vindicarunt. [f] *Maiestatis crimen est, quod aduersus populum Romanũ, vel aduersus securitatem eius cõmittitur.* Et de populo ait Vlpianus, non de principe. etsi desierat res esse populi, erat tum principis res. desierant illa, [g] *Auctoritas senatus, Maiestas populi*, postquam bellatum apud Actium omnia ad vnum collata erant. nihil amplius esset respublica, nisi appellatio sine corpore, ac specie: vt dicebat Cęsar. Ceterum probi alii detulerũt plurimũ ei populo tamen: [h] *ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει ἡ τῆς βασιλείας ἵδρυται τύχη· ἡμεῖς δὲ διοικεῖν καὶ διέπειν τὰ τῆς ἀρχῆς σὺν ὑμῖν ἐγκεχειρίσμεθα*, inquiebat Maximus ad exercitũ. Etiam *securitas principis, securitas populi.* Et de populo hic dum scribit Vlpianus, pro certo sentit idem de principe, de populi capite. [i] vt itaque exprimit alibi, *aduersus rempublicam, vel principem*, &c. Et dixi in alia disputatione, quemadmodum status pa-

f *l. 1. D. ad l. Iul. mai.*

g *Cic. Phil. 3.* *Tac. hist. 1.* *Suet. Cæs. 77.*

h *Herodia. 8*

i *l. vlt. D. ad l. Iul. mai.*

triæ totus concutitur læſo principe. Et iſthic neque dubitatio eſt. EX ALIIS igitur CAVSSIS hìc eſt ſcilicet ſimilibus huic, quæ in lege proponitur.k vt verbum ALIIS ſignificat ſimiles, etiam iuncto ſigno vniuerſali: quod hìc tamen iunctum non eſt. Aut EX ALIIS vel maioribus, tantum abeſt, vt nouam cauſſam, admittam. & ita ait, NEDVM ETIAM ADMITTAM TE, &c.l Illæ olim erant cauſſæ, refeciſſe ſtatuas Cæſaris vetuſtate corruptas, iacto lapide attigiſſe eas incerto fortuitu, aliæ eiuſmodi, quas nemo crederet, niſi hiſtoriæ omnes haberent de ea principum crudelitate. m *Paulatim hoc genus calumniæ* (loquitur hiſtoria de accuſatione maieſtatis ſub Tyberio) *eò proceſſit, vt hæc quoque capitalia eſſent: Circa Auguſti ſimulacrum ſeruum cecidiſſe, veſtem mutaſſe, nummo, vel anulo effigiem impreſſam latrinæ, aut lupanari intuliſſe, dictum vllum, factumvè eius exiſtimatione aliqua læſiſſe. Periit denique & is, qui honores in colonia ſua eodem die decerni paſſus eſt, quo decreti & Auguſto olim erant.* Tantum mutatus ab illo, n qui ſenatui cognitionem de conuiciis, & famoſis de ſe carminibus flagitanti reſpondit, nõ tantum habere ſe otii, vt implicari pluribus deberet negotiis. neque eam feneſtram aperiendam : aut omnium inimicitias hoc præ-

k *Gl.l.3.C. de ſeru.fu.*

l *Bud.l.5.ad le.Iul.ma.*

m *Suet.Tyb. 58.*

n *Suet, Tyb. 28.*

prætextu delatas iri. Quid autem aliorum principum sæua hîc prosequar? [o] Domitianus *patremfamilias, quod Thracem Mirmiloni parem, munerario imparem dixerat, detractum è spectaculis in arenam, canibus obiecit, cũ hoc titulo, Impiè locutus Parmularius.* Videlicet læsum se censuit eo dicto. atque hoc fuerit crimen impietatis: [p] quod idem erat & maiestatis. Vt itaque Claudius quoque sustulisse maiestatis accusationem intelligatur, [q] qui dicitur sustulisse impietatis. Et ad factum Domitiani respexerit Plinius in Panegyrico Traiani illic, *Nemini impietas (quod solebat) obiecta, quod odisset gladiatorem.* Debemus verò & pietatem principibus, velut parentibus, & diis. [θ] Nullum patuit olim latius crimen. Hodie iure Iustinianico quæ caussæ sint maiestatis, videre est in libris legum, & apud tractatores, nouissimè apud Clarum, & Decianum. Atque aduerte apud hos; quod vbi funguntur velut indice, non simul docent tamen. Ecce, Clarus commissi huius criminis exemplum ponit in subdito, qui armatus venerit in bello cõtra principem suum & citat [r] cõsilium Alciati. cum hic in suo casu contrarium adprobare nitatur. [s] Etiam aduerte, quod recitat Decianus etiam caussas, quæ olim sub principibus crudelibus fuerunt caussæ maiesta-

o Suet. Dom. x.
p Cuiac. parat. hîc.
q Dio. li. 58.
θ Manut. de legib.
r Alc. 467. siue lib. 7. cons. 19.
s Decia. 7. pr. 9.

tis, nunc non fuerint. veluti quod Domitianus fecit cum Metio Pomposiano, Sallustio Lucullo, Flauio Sabino etiam. Etiam tamen, atque etiam aduerte, quod tot hodie sunt hic caussæ, etsi non sunt eædem, quot vmquam fuere: inductæ à doctoribus *per nescis quas* interpretationes.[t] Qui priuatum carcerem exercet vltra horas viginti, incidit in istud crimen. & itaque is incidat magis, qui aliquem torqueret priuata auctoritate. cum plus sit torquere, quàm detinere. & torquere sit meri imperii. Qui aduersus securitatem principis facit, hic tenetur. & itaque qui quoque negat soluere tributum, nam ex tributariis pecuniis princeps securus redditur. Sed nec recito omnes caussas, nec refuto vllas, contentus de his tantum admonuisse.[u] Contentus sum, si addidero de Baldi consilio, quod in crimine læsæ maiestatis attéditur caussa, quod aliquid tentatum sit contra principem, & eius statum, vel quod sit de aliis casibus enumeratis. Et quod itaque, in casu illo suo Baldi, damnatus in amputatione capitis, & publicatione omnium bonorum, quia noluerit ire ad cófinia (est relegatio) per principem assignata, non intelligatur damnatus de crimine læsæ maiestatis. Etsi is sit rebellis, violatorque legis. Et tu hoc vltimum nota in specie

[t] *Bal. Saly. C. de priu. carc. Decia. d. 9. & seq. ad c. 33.*

[u] *Bal. 2. cōs. 271.*

legis nostræ. Dixerint vero antiqui, quod cõtemptor mandati principis punitur pœna extraordinaria pro motu principis. neque sola contumacia sit reatus læsæ maiestatis: licèt sit reatus capitalis. quia talis criminis titulus soli contumaciæ non inuénitur impositus. ergo nec nos imponere debemus, nec possumus. *Et ita* (scribit Baldus) *reperio in scriptis antiquis prolixè determinatum.* Quæ item notes propter determinationis auctoritatem. [x] Fuerunt enim antiqui præstantiores numero, pondere, & mensura: etsi nec moderna tempora sint frustra. vt idem Baldus scriptum alibi reliquit. Sic non omne admissum aduersus principem crimen est lęsæ maiestatis [y] Furtum factum principi non est crimen maiestatis, non adulterium commissum cum vxore principis. non alia id genus: quæ contra personã nõ principis, sed veluti quamlibet cõmittuntur.[z] Et huc possis etiã afferre, qđ docui itidé de furto, & adulterio in tractatu de v olatione fœderũ. [a] Neq; tamen distinguas hic, an odio imperii, vel ex priuata inimicitia offẽdatur princeps. q̃ est distinctio, si cõsiliari⁹ principis offẽdatur. vtroq; .n. casu admittitur hoc crimẽ, lęso principe.[b] est scilicet ꝑ se principis ius forti⁹.[c] Sed & illa distinctio in consiliario lęso intuta est. Alia, an

x Bal. l. vlt. C. de ed. di. Had. toll.

y Decia. 4. 31.

z Alb. 3. de iu. be. vlt.

a Decia. 7. pr. 4.

b l. 56. l. 57. de leg. 2.

c Decia. 7. pr. 5.

princeps lædatur principaliter, nec ne, quã de aliis habet Decianus, teneri ſanè poteſt. quia verba ſunt capienda principaliter, & itaque quod ait lex, *aduerſus populum, vel principem*, capiendum eſt principaliter. Et itaque nec ſit crimen maieſtatis in caſu legis noſtræ: quia nec principaliter aduerſus principem fecerit iudex, qui contra conſtitutionem principis pronunciauit. *quia talis pronunciatio ad iniuriam principis non tendit, ſed partis*. vt ſcribit Salycetus hîc. Sed & hîc Baldus, quod non ſit idem, lędere legem ſcriptam, & lædere legem animatam. Nam etſi fiat & in caſu legis noſtræ iniuria principi, & in omni alio caſu, quum læditur iuſtitia, iuxta illud Theodorici regis, [d] *iniuria noſtra eſt læſa iuſtitia*. tamen dicimus iam, non omnem iniuriam, aut læſionem eſſe crimen maieſtatis læſæ. Verum quæri nunc poteſt, an admittatur ſaltem crimen hoc, quum ad iniuriam principis tendit principaliter pronunciatio contra conſtitutioné principis. [e] Atq; ſi contrahitur violatis ſtatuis, legibus non animatis, ſed lapidibus, etiam videatur contrahi violatis legibus ſcriptis. Attamen, inducendas huc cauſſas nouas *per neſcis quas interpretationes eiuſmodi*, modò negauimus, atque etiam nunc negamus. [f] In edicto de albo corrupto idem ſtatuunt

[d] Caſſiod. 3. ep. 11.

[e] l. 6. ad l. Iul. ma.

[f] Bar. Caſtr. Alex. Soc. Ang. Dec. l. 7. l. 9. de iuriſd.

ţuunt interpretes in eo, qui corruperit imaginem proditoris alicuius, aut aliter criminosi, positã à ciuitate ad infamiam hominis, & in eo, qui litteras corruperit. Sanè. etiam & in eo, qui corruperit imaginem positam ad alicuius honorem. Cæterum non sequitur mihi, quod si ista parificata sint in illo edicto, etiam hæc in quæstione nostra debeant paria iudicari. Imago repræsentat principem. constitutio habet factum principis. Imago, & litteræ propositæ habent pariter factum. Et extra proponentem non denegabitur actio ei quoque, cuius honorifica imago corrupta sit, si ad eiusdem iniuriam corrupta sit. Hìc de iniuria quæritur facta principi. vbi ratio dispar imaginis, & litterarum est. [g] Ad imagines notemus, quod crimen hoc violatis eis maximè exacerbatur in milites.[h] qui scilicet venerationi imaginum tenebantur maximè. [a] Si nobiles maledicunt, puniuntur grauius, quàm plebei. &c. Vt perperam (ait Contius) quidam deleant verbum illud.[i] Quidam, id est Cuiacius ad Paulum. Vbi etiam accusat imperitiæ Tribonianum, quod de lege sustulerit τὸ *verbis*, substituerit pro eo, *vel violatis statuis, vel imaginibus*: & hoc tamen facti vocabulo præcedẽte satis esset comprehensum. Atque hoc quoque Cuiacius ridiculè. Ne-

g *l. 7. ad le. Iul. ma. vbi Cont.*
h *Tertull. de idolol. Suet. Tyb. 44. Herodian. li. 4.*
a *Boër. de sed. §. 4.*
i *Cuia. s. sent. 29.*

go illam mutationem factam à Triboniano. k etsi etiam Decianus dicit satis verisimilem coniecturam. Ego enim & hodie putem verbis exacerbari hoc crimen maiestatis, etsi idem non contrahitur hodie verbis. *Multa acerbant vulnus, quæ non faciunt vulnus. Augent, quæ non faciunt.*[l] Vt augetur iniuria per sacrilegium, non tamen inducitur actio iniuriarum. Vt alia sic sunt. Sed & in eadem lege, quam sic versat Cuiacius, apertè est, quod & verbis admittitur crimen maiestatis, licèt non facilè: *Nec lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendum est: si non tale sit delictum, quod vel ex scriptura legis descendit, vel ad exemplum legis vindicandum est.* Et quæ lex tamen non est contraria constitutioni Theodosii, quam exposuimus superiore disputatione. vel quia exceptio tantũ hîc est: vt notat Contius. vel quia Theodosiana aduocat tantum (ã cognitioné principi, an admitti accusatio maledictorũ hîc debeat. Ita peccat Cuiacius hîc variè. Etiamque nec superfluit notare de statuis, & imaginibus: etsi earum violatio sit & facti. nam vt non omnia facta sunt maiestatis læsæ: ita erant notanda, quæ sunt talia.[m] Ea sunt notanda specialiter, quæ sunt notãda magis. *ea enim, quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta.* Etiam & hoc circa statuas

k Decia. 7. pr. 50.

l Io. A. c. 27. de se, ex.

m l. 15. de iniur.

tuas potuisset videri quasi neglectũ: quod videri quoq; potuit nec aduersus principẽ, at tantum aduersus imaginem principis, rẽ principe longè inferiorẽ. Porrò ait ea lex, *vel ad exemplũ.* quod notes pro his caussis, quas doctores hìc inducunt probè, non etiã pro his, quas inducũt per nescis quas interpretationes. vt hæc erat vana proculdubio, quæ reiecta in lege nostra est. Etiam, quæ reiicitur alia in lege sequente. Audiamus.

ALIENAM SECTÆ MEÆ, &c. Bonus iste princeps nec punit hìc periurii speciẽ. [n] At Caligula etiam in eos sæuiit, *qui numquã per genium suũ deierassent.*[o] Idem verò noster alibi: *Periculum corporis, vel maiestatis, secundum constituta diuorum parentũ meorum, etsi per principis venerationẽ quodam calore fuerit peieratum, inferri non placet.* Et vtrobiq; dicit de inconsulto iureiurando. An igitur in vero periurio aliud est? Hìc non est verũ periurium, vbi nec fuit verum iusiurandũ, quod fuit sine iustitia, & sine iudicio. non est .n. iustitia iræ implacabilis. & irati, inconsultiq; nec est iudiciũ.[p] Et sic dicunt per hãc legẽ, qđ iuramẽtũ calore iracũdiæ emissũ nõ obligat. Et sic alia de hoc calore: quæ & attigimus superiore disputat. [q] In vero piurio piculũ corporis vertitur sanè: *Si quis iurauerit p geniũ principis, & peierauerit, fustib,*

[n] Suet. Calig. 27.
[o] l. 2. C. de re. cr.
[p] Ias. l. 19. C. de inoff. testa.
[q] l. 13. de iuiu reiu.

castigatur.[r] Sed & aliæ sunt isthic pœnæ. De quibus non tracto. vt nec tractaui de pœna iudicis, qui malè iudicauit. Hoc satis, quod hîc non est crimen maiestatis. [s] Nam si est actio stellionatus, aliud crimen non est. Et itaque nec liceat argumentari ex lege nostra à contrario sensu, vt, si calor iste non fuisset, crimine maiestatis periurus iste attineretur. nam aliæ leges notant crimen aliud, adnotant aliam pœnam. Fuerit ex facto id in lege nostra, non ratio definitionis. Ait lex, ALIENAM SECTÆ MEÆ. Quasi dicat, fuerit olim verendum hoc, nunc non est. Sed & alia est quæstio, si iuratum sit per Dei nomen. [t] Atque periurium illud nec puniri videtur vllo modo. nam satis Deum vltorem habeat. De quo & disputant doctores. [u] Et ego sic legi alicubi, nō hoc puniri periurium: at negligi posse, & permitti benignitati diuinæ facinoris impii condonationem. quod verò per caput imperatoris admissum esset, id esset vindicandum. Impiissimè. Sed Zosimum auctorem habeo suspectum nonnihil tamen. Quæ mihi satis ad duas istas leges. Ad hanc secundam tractat Salycetus, si correcta sit per ius Nouellarū. sed ineptè. in eo, quod pertinet ad crimen maiestatis. De blasphemia verò, ac periurio alia est quæstio. Sunt & de his tractatus longi.

r l. vlt. stellio. l. 41. C. de transf.

s l. 3. stellio.

t d. l. 2. vbi doct. de re. cre. Duar. 2. disp. 37. Cuia. 2. Obs. 19.

u Zosi. lib. 5.

gi. Si glossa dicit, admitti hodie crimen maiestatis ex periurio, etiam reprobatur communiter. vt hîc scribit Albericus.



DE IVDICIO MAIESTATIS.

ad l. 3. l. 4.

DISPVTATIO III.

SI QVIS ALICVI, &c. Hæc vna lex efficit titulum istum in Codice Theodosiano. Ait, SI QVIS. An etiam inhabilis hîc admittitur ad accusandum? Sic significat verbum hoc. & sic glossa, & Salycetus hîc notant speciale in isto crimine. atque adnotant sic legé certam: [a] *Famosi, qui ius accusandi non habent, sine vlla dubitatione admittuntur ad hanc accusationem*, &c. [b] Et eadem de aliis criminibus tamen ab aliis dicuntur iisdem verbis. At quæstio sit, si omnes hìc admittũtur, qui alibi prohibentur? [c] Regula (inquit Decianus) est, quod omnes, qui prohibentur regulariter accusare, in hoc tamen crimine admittuntur. Quod ego nescio, si probetur ex eo, quod admitti quosdam inhabiles audimus. Et illud probare non possum,

[a] *l. 7. ad l. Iu. ma.*
[b] *l. 13. de accus.*
[c] *Decia. 7. pr. 44.*

quod ſpecificatè admittat & inimicos. [d] Iſti facilè mentiuntur, [e] Et teſtes certè non admittuntur hîc. [f] Inimicus præſumitur omnia mala cogitare, vt damnum inimico inferat. Sed vno verbo ſic putem ego, quia ſtandum ſit regulæ. [ω] nec ſint addenda hîc ſpecialia. Nam verbum legis noſtræ non addat ſanè ſpeciale hoc: quæ aliud quærit. Etiam nec ſit vniuerſale verbum. Decianus & filium hîc admittit contra patrem. Quod minus improbes. [θ] nam pro patre omnium, adeoq; maiore eſt. [g] Et meminerimus illa tamen: *Miſeriarum ac ſæuitia exemplum atrox, reus pater, accuſator filius, quæſtio aduerſa accuſatori. qui ſcelere vecors, ſimul vulgi rumore territus, robur, & ſaxum, aut parricidarum pœnas minitantium* &c. Quæ in alia noſtra diſputatione, *de patre homicida accuſando*, ſunt: etiã in regali tertia aliquid. Etiã in diſputatione, quæ ſequetur, dicam ad aliũ Deciani caſum, de ſacerdote, qui ex confeſſione auriculari facta ſibi nequeat nec accuſare, nec reuelare. Dicam ex iure illius ſectæ, quæ eam cõfeſſionem induxit. Nam probo iure contra ſit proculdubio. quo tenemur, & ſaluti omnium conſulere, & principis. [h] Et quod nõ ſic eſt irritum faciendum ꝓpter hominum traditiones. Illud aũt & peſſimũ cenſeo, quod addunt, poſſe ſacerdotẽ in genere

[d] *l. 1 de quæſt.*
[e] *Clar. §. fi. q. 24.*
Alc 1. de V. S Alex. 4. conſ. 127.
[f] *Decia. 2. conſ. 51.*
[ω] *Ceph. conſ. 75.*
[θ] *Decia. 7. pr 37.*
[g] *Tac. ann. 4.*
[h] *Matth. 15.*

nere monere principẽ, ſibi caueat, quia ſit tractatus cõtra ipſum. Scilicet i.e. inuoluere ſuſpicione plures etiã innocẽtes, fortè & pdere nõnullos, & ſępe nec facere cõdicionẽ principis meliorẽ. Quæ mihi oſtẽdere prõptũ per exẽpla multa. [a]Sacerdos poteſt propalare confeſſionem hæretici. Sed & hîc in perduelle variãt opiniones nõnihil. Sic igitur dico ego, inhabiles non admitti per hãc legẽ, neq; admitti omnes inhabiles per aliã legẽ vllã. [i] An per hanc legẽ poſſit aut accuſatio, aut inquiſitio inſtitui cõtra aliquẽ de hoc crimine, non præcedẽte infamia, ẽt nec tractat lex. Et per ipsã tamẽ interpretes negant & de accuſatione, & de inquiſitione. Quos in inquiſitione nõ ſequũtur tamẽ Cephalus, ac Decianus: qui in vno caſu Fliſcorũ edidere reſponſa. Vos mihi in id intendite, in quod lex. nã cetera habilia ſupponuntur.

Sequitur, CVM IN HVIVSMODI RE CONVICTVS, &c. An cõuictus torquetur? [k] Iudices faciũt, cõuictos cõfiteri, quia ſic nõ appellãt: ait gloſſa alicubi. qđ reprobat Baldus: quoniã capitaliter cõdẽnatus renũciare appellationi nõ poſſit. Quod notes. [l] Nã Bald⁹ citatur, & ſcribit alibi, ꝙ ſic nõ poſſit appellare conuictus, & cõfeſſus. & ꝙ iudices ſic benè faciũt ad obuiãdũ calũnioſis appellationib. maximè in criminib. enormibus. Videris ipſos criminaliſtas, & alios, & quod nos notauim⁹

a Decia. 5. pr. 20. & lib. 7. c. 34.

i Decia. 1. conſ. 18. Ceph. 304.

k Bal. l. 4. de off. procon.

l Bal. l. 1. C. de iur. cal. Clar. § fi. q. 64. Papon. li. 24. tit. 8.

ad l.7.C.de malef.& math. Non eſt materia huius tituli. CONVICTVS præſumptione ex ſola accuſatione, iure ſpeciali in hoc crimine. Quod non probat gloſſa hîc. & quod tamen colorari ex his poteſt, quæ dicam ad ſequentem diſputationem de aduocatorũ defenſionibus hîc vetandis. Et neque ego tamen admitto iſtam cumulationem ſpecialitatum hîc. CONVICTVS eo indicio, quod neceſſarium ſit ad quæſtionem, itidẽ gloſſa,& probat,& cum ea omnes. Ego *conuictum* dixi deprehenſum, oppreſſum in *d. l.7.* [m] Sic, extrinſecus argumentis *impleta* accuſatione locum tormentis.& euidentioribus argumentis *oppreſſum* torqueri iterũ. ſic audimus alia.[n] Sic poſt alios Doctor meus Nonius, numquam ad torturam deueniendum, niſi præcedant indicia adeo veriſimilia, vt ſola quaſi torquendi confeſſio deeſſe videatur. Ita hîc, REVS DEPREHENDITVR. Is non poſſit ante damnari. Conuictus aliàs poteſt damnari, etſi non confeſſus. quis dubitat? Aliàs ſæpè nimis periclitaretur veritas. vt de incerto tormentorum tradidi item ad *d.l.7.*[o] *Tormẽta gubernat dolor, moderatur natura cuiuſque tum animi, tum corporis, regit quæſitor. flectit libido, corrumpit ſpes, infirmat metus: vt in tot rerũ anguſtiis nihil veritati loci relinquatur.* Quæſtio

[m] *l.15.l.18. de quæſt.*

[n] *Non. conſ. 99.*

[o] *Cic. pro Syll.*

ſtio interpretibus illic eſt, ſi teſtis vnus facit indicium ſufficiens ad torturam. Et hîc citatur gloſſa affirmare. & ſic alii, & communis praxis iudiciorum. vt hîc tradit Albericus: qui & ſic tenet. & ſic Angelus, qui & declarat, quomodo procedat iſta deciſio. Alii negarunt idem hoc: in quibus Dynus, vt citatur ab Angelo, & Salyceto. nam Albericus hunc imò communi vindicat. Contius cum illis eſt, qui ſunt contra communem. Mihi placet Salycetus, qui facit rem arbitrio iudicis. Et neque iſta eſt materia noſtra. p Extra quæſtionem eſt, quod teſtis vnus non eſt ſatis ad condemnationem. quod de omni iure, & in omni homine latè adſtruit Decianus libro ſecundo reſponſorum. & quod nec ſtatutum, nec ipſe poſſit papa ſtatuere, vt ex dicto vnius teſtis poſſit quis condemnari. p Decia. 2. conſ. 92.

MINIME QVISQVAM PRIVILEGIO, &c. Si enim (quod vulgò canitur) priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum: quanto minus vtetur contra datoré priuilegii, & omnis dignitatis auctorem & culmen, id eſt principem? Ad principem dignitates quælibet collatæ nihili ſunt pluris, quàm perſonæ quælibet. Priuati omnes ſumus reſpectu principis. Et ſic ſequens lex hac eadem de re, & cauſſa maieſtatis, IN QVA

SOLA OMNIBUS ÆQVA CONDICIO EST. q Qui pares siue in iure feudali, siue in Frãcia, siue alibi sic dicuntur, nõ quia sint principi pares, sed quia sint pares inter se. si hoc nescis.

q Duar. de feu. 7.

SE QVOQVE TORMENTIS, &c. Quærit Salycetus, cur torqueatur accusator? Nam, si torquetur reus, quia sint contra ipsum indicia, certè nõ debeat accusator torqueri, pro quo eadem illa sint indicia. Et respondet, torquendum accusatorem, postquam reus fuerit tortus, & confessus non fuerit r Scilicet sic & purgauerit omnia indicia, quæ cõtra se erant. & itaq; sit præsumptio cõtra accusatorem, quod per calumniam accusarit, vel per fraudẽ omiserit probare. Et id speciale sit in crimine isto. Ita ipse Salycetus. qui alium intellectũ reiicit meritò. Sed & tu potes dubitare, an sit istud speciale hîc. s cum temeritas accusatorũ semper & detegatur, & puniatur. In alia quæstione, quum neuter horum fatetur, quid facere iudex habeat, leges verba eadem Salyceti, & Angeli.

r Alb. rub. C. de quæst. l. 8. D. de quæst.

s l. 1. l. 15. ad Turp.

SI ALIIS MANIFESTIS INDICIIS, &c. Dicit de ALIIS vel quia prima purgata sunt per torturam rei. vel alia, præter illa, quæ fuerant satis instituendæ accusationi. Nam quæ sint manifesta, iudex ex qualitate criminis, & aliis ex circumstantiis solet definire. t Proditio (inquit

t Polyd. hist. Angl. lib. 18.

(inquit historia) mille graditur pedibus: &, quoquo versũ pergit, mille ; post se vestigia relinquit, quibus facilè deprehendi possit.[u] Latinus quidam, qui armorũ vim magnã in tabernaculo absconditam habere deprehẽsus, manifesto satis huius criminis indicio teneri creditus est.[x] Hoc Cethego obiectũ, hoc Melio.[y] Sic quæsitum in Iudæorum ædibus Alexandriæ, si arma essent, quæ solerent in armamentariis condi, galeæ, loricæ, conti, balistæ, alia id genus.[z] Non licet hæc habere absque crimine publicæ vis. Etiam apud quosdam Germanos olim sic factum, vt non in promiscuo arma essent, sed clausa sub custode, & quidem seruo. nam otiosa armatorum manus facilè lasciuiat. vt est apud Tacitum de moribus Germanorũ.[a] Tyrannus Cumarum per arcarum dominationis arma è priuatis ædibus accepit in publicum templum: quod contra externum hostem vti deberent, non cõtra se ipsos.[b] Ita autẽ & fiebat, vt is armorũ vsus deberet ab imperatore impetrari. Etiã cudisse pecuniã suis cũ insigniis, & nominibus manifestũ facit hoc crimen.[c] Est. n. hoc imperatorium.[e] Et itaq; Seuerus, vt fidẽ Albino faceret cõmunicati imperii, hũc iussit, sua percutere nummos imagine.[d] Et hinc Gallienus fecit idẽ cũ Odenato.[e] Hinc alius cõtẽdit, fuisse principẽ alium; qui vsus fuisset purpura, & monetam

u *Liu. lib. 6.*
Cic. Catil. 3.
Liu. lib. 4.
y *Phi. con. Fla.*
z *l. 1. de vi. pub. item Nou. 85. item ed. de Po. tr. vic. Alc. l. 41. de V. S. Dec. 8. pr. 3.*
a *Dionys. lib. 7.*
b *Iulia. ep. ad Leont.*
c *Decia. 7. pr. 22.*
e *Herodia. lib. 1. 2.*
d *Treb. Pol. in Gall.*
e *Vop. in Firmo.*

percusserit. Hinc periit Perennius, cuius imagine percussi nummi Commodo ostendebantur. [a] Et Persa sic necat præfectum Ægypti, quod monetam cudisset. Auditis deque purpura.[f] Et sic Ammianus, quod sæuissimè fuerit inquisitum in eos, qui purpuram habuissent. [g] Et sic leges & de purpura, & de aliis vestibus nonnullis, & aliis, quæ propria principis. & quod *ad similitudinem læsæ maiestatis periculum sustinebit*, qui contra eas leges fecerit. [h] Videlicet *præstat humano generi, ne de aspectu principis possit errari*. vt hîc loquitur Cassiodorus. Leges, quod nec apparare hæc quisquam possit, aut prætextu, quod velit principi velut munus offerre, nam princeps huiusmodi dona nec expetat, nec regium sibi offerri à priuatis cultum requirit, &c. Hæc porrò iudicia plura sunt, quæ dixeris manifesta aut per præsumptionem iuris, & de iure. [i] Et semper tamen respiciendum fuerit ad illa Modestini, *persona an potuerit facere, & an ante quid fecerit, & an cogitauerit, & an sanæ mentis fuerit*.[k] Et ad potentiam quod attinet, sic habes magnanimū Iuliani responsum, purpuram nihil esse imperii sine imperii viribus. Et qui itaque nec sæuiit in illum, qui accusabatur, habere purpuram domi.[l] Ad sanitatem mentis est illud Artoxersis, qui,

gestan-

[a] *Herod.* 4.

[f] *Amm. lib.* 14. 16.

[g] *C. de vest. holo. vbi Cuiac. item C. nul. li. in fre.*

[h] *Cassiod.* 1. *var.* 2.

[i] *l.* 7. *ad le. Iul. ma.*

[k] *Amm. lib.* 21.

[l] *Plut. in Artox.*

gestanti cuidam & vestem regiam, & diadema, permitto, dixit, diadema vt insano, vestem illam vt mulieri. Relaxant mulieribus etiam leges plurimum super his. m Hæc fæminarum propria sunt. vt dissetit tribunus contra Oppiam legem apud Liuium. n Ludibrii autem caussa amictum ab Herode IESVM candidâ veste quasi candidatum imperii, coccino à militibus quasi regem, nemo nescit.

m *Liu. li. 44.*

n *Luc. 23. Matth. 27.*

VT AB OMNIBVS COMMISSI CONSCIIS, &c.] Hîc vides apertè, *conscios* non esse scios, sed consiliarios, & instinctores. o Sic Suetonius de Tito, quod *nec auctor cuiusquam necis, nec conscius.* de Domitiano, *partis aduersæ conscios* perdiderit. Et Tacitus passim. *Capite defectionis ablato manebat plerisque militum conscientia. Apud conscium libidinum. In conscientiam facinoris pauci adsciti. Multa erumpentis seditionis indicia per conscios oppressa. Milites in itinere aggregantur, alii conscientia, plerique miraculo. Præbuit plerisque suspicionem conscientiæ. Conscium Othonis credebat. Conscientia coniurationis. Conscius sceleris.* omnia sic in primo libro historiarũ. Sic in secundo, *consciis flagitiorum.* In tertio, *qui conscii aderant.* In quarto, *quibus consciis prodidisset exercitum. Haud defutura consciorum manu,* &c. Et in quarto annalium,

o *Suet. Ti. 9. Do. x.*

ut quamquam insontes magistratus, & culpa aliena nescii, prouincialibus vxorũ criminib. perinde quàm suis plecterentur. Et sic alia is, alii. Quos *conscios* dicit, illico *socios* appellat, eodem annali. Coniurationis scientiã mixtã inter patrẽ filiumq; ait annali vltimo. p Sed & nostri sic capiunt nomen conscii de cõsiliario, & participe. Quæ etiam mihi prænotes ad sequentis disputationis aliquã partẽ. Hìc ad legẽ istã nolo plura. Sequitur quarta.

p Bal. Ang. C. si rec pro. l. 14. de fur. Dec. c. 1. de off. del.

NVLLVS OMNINO, &c.) q At *omnes omnino in maiestatis crimine, quod ad personas principum attinet, si ad testimonium prouocẽtur, cum res exigit, torquentur.* An igitur ad hanc speciẽ maiestatis cogentur legis huius verba sequẽtia? EXCEPTA TANTVM MAIESTATIS CAVSSA. r Et putem, quia & posteriores leges ad priores pertinent. & quia etiam lex prima, infra *de quæstionib9*, habet in casu simili eandẽ limitationẽ. & quia decet, rigorẽ istarũ legũ (quod omnes volunt) tẽperari. Et quia sic minus derogatur legi alteri, & priuilegiis præstantiũ virorũ. Et quia sic nihil fit moræ, nisi fortasse modici tẽporis, dũ princeps cõsuleretur: quo scilicet cõsulto tormẽta omnib. inferri posśũt in aliis criminib. quoq;. qđ hîc notat Bald9. Probes tormẽta aliàs: etsi multa dicũtur contra. s nã datur mentiẽdi facultas sublato hoc timore.

q l. x. de quæst.

r l. 28. de legi.

s l. 15. de quæst.

Vnum

Vnum tamē in quęstione videtur aduersari nobis, qđ alia supradicta lex de testibus torquendis ad eū modū cog'tré. at nostra fortè loquitur de solis reis. Cæterū & argumentū hîc tenet à testibus ad reos. Nisi replices adhuc, quod teneat argumentū adfirmatiuè, at nō etiam negatiuè. quoniā nec sit tanta ratio torquendi testes, quanta est torquēdi reos.

Sequitur de genere tormētorū FIDICVLARVM. Quale hoc? An idē de aliis tormētis nō dicetur? De fidiculis Cōti⁹ latè hîc. & fidiculas, & vngulas idē tormentū interpretatur, cū Isidoro, Papia, Græcis. Fidiculæ, ꝙ & ipsæ fiderēt, vt vngulæ, quasi findiculæ, à findēdo dictæ: vel à fodicādo, quasi fodiculæ. Et sic Prudētius in Romani hymno, quas vocauit fidiculas, eas vngulas dicit. Sic Ammianus libro vigesimosexto, & vigesimonono, fodicata latera fidiculis, scribit. t Sic harū dicitur cruēta conditio in legib⁹. est quęstio cruēta eidē Ammiano etiā libro trigesimo. u Et sic sulcata quoq; latera apud eūdem. Sic Prudentius in Vincentio de costarū abditis nudatis, & ꝓfundius intratis artib. à fixis vngulis. de costis exsecādis à bisculis vngulis. In Rom. de mucrone vngularū latus fodiente. Sic alia, q̄ Cōti⁹ exscribit. Sic Hieron. in epistola ad Innocētiū, *Cū liuidas carnes vngula cruenta pulsaret, & sulcatis laterib. dolor qua-*

t *l. 16. C. de quæst.*
u *Amm. 26. 28.*

x *Cypr. 2. ep. 2.* rer et veritatem, &c.[x] Sic Cyprianus, *ungulis effodiens*, &c.[y] At lex, *ferarum unguibus latera persecando*, de sæuitia dominorũ in seruos. Atque ego hæc recitaui, vt definirem quæstionem secundam, & dicerem, nõ esse idem in aliis tormentis, quod in hoc cruento est. Hoc videtur proprium fuisse in grauissimo hoc crimine maiestatis. *Denas animas profundere præstabat in pugna, quàm lateribus fodicatis quasi læsæ maiestatis luere pœnas*. apud Ammianum.[z] Et lex, *Maiestatis tãtũmodo reos*, &c. Quod porrò Valla dicat fidiculas instrumentũ ex duob⁹ obliquatis lignis compactum, ita dictum vel ab extorquenda fide, vel à nerueis funibus, quibus torquendi alligantur, de eo ipse viderit. aut id fuerit aliud genus fidicularum. Apud Suetonium in Tyberii loco, citato per Contiũ, certè aliud genus est.[a] Sed quod Sigonius *laxare fidiculas* itidem de vinculis nerueis interpretatur apud Valerium, id reprehensum memini ab[ω] aliis rectè: quia *laxare fidiculas* sit disiungere vngulas. Atque hæc de iudicio maiestatis ad istas leges. Sunt verò & alia singularia.[b] Vt quod mulieresque dicant testimonium. socii item criminis: etiã si iurassent non reuelare, & pretium acceperant. Quæ Alexãdri dicta, declarat Decianus latè, quà inquirendo, torquendo, condemnan-

y *C. de em. seru.*

z *Amm. d. 26. & d. l. 16.*

a *Sig. 3. de iud. 18. Val. Max. 3. c. 3.*

ω *Gallon. de marty.*

b *Alex. 1. cõs. 11. & 64. & li. 6. cons. 13. & li. 7. cons. 120. Dec. 1. cons. 18. & 7. pr. 45.*

demnando. Tu & Cuiacium videris ad caput tertium *de testibus*, vbi contra Latinos, contraque Græcos defendit benè, non esse hìc singulare, vt socii criminis admittantur. Videris apud Decianum, & alios criminalistas de singularibus aliis.

Albericus hìc, quod imperator Henricus, Pisis existés, volens ex isto crimine procedere contra dominum Robertum, regem Siciliæ, quæ erat sibi rebellis, vnicam fecit legem in isto titulo, continenté, quod summariè, & sine strepitu, & figura iudicii posset procedi in crimine isto. Ea lex est, quę dicitur constitutio *ad reprimendum*. & quam latè glossauit Bartolus.[c] Illa Decii non omitto dicere, quod vt vt singularia hæc vera sint, & obtineant contra ipsum reum: nō tamé cōtra hos obtinét, qui ex facto & crimine alieno hìc tenentur, & quos nominat lex sequens. imò.n. fortiores probationes cōtra hos requiruntur. Ité ad ꝓbanda adminicula non recipientur hìc inhabiles, etsi recipiūtur ad probandum principaliter.[d] Ad inhabiles etiam illud Cephali, quod admittuntur ad defensioné hìc, vt in omni alia caussa aut singulariter negatum hìc censeretur. quod non sit dicendum.

c *Dec. cōs.* 38. 359. 410.

d *Ceph. cons.* 75.



AD L. V. C. ad leg. Iu. maiest.

DISPVTATIO IV.



VIS QVIS. [a] Verbum generale est hoc. [b] itaque intelligitur in infinitum. [c] Atque hîc geminatum tanto minus restringetur vllo prætextu. [d] Est vero verbum & fæminis aptum: Ergo nec dubium est, illo etiam fæminam attineri.[e] quod expresse, & in terminis huius legis notatur. Et nec excludetur in totum ebrius hinc. quod admirari possimus. Quid enim ebrius est, nisi furiosus? [f] Exposui de eo latè in libris *de nuptiis.* Etiam ira furor est. vt illic exposui. [g] Et ea tamen nihil excusat. [h] quicquid dicat Iason communem opinionem, factum per iracundiam non esse punibile: quia furor sit. certè mitius puniri, secundum omnes.[i] Respicit pœna patratum scelus, non iracundiam, vel ebrietatem. Et punitur scelus, non quia sponte factum, sed quia cum libertate arbitrii. vt hæc philosophi. [k] *Animum rege,* inquit Horatius: *hunc frenis, hunc tu compesce catena.* Et de ira non dubites, hîc præsertim, vbi nulla est iusta caussa vllius vis in principem. vt in alia disputatione doceo, Sed

a *Io. And. c. 16. de accus. Rom. cons.* 271.
b *l. 1. de leg. pra.*
c *l. 41. de iu. do.*
d *l. 1. de V. S.*
e *Decia. 7. pr. 8. & 49.*
f *Alb. 3. de nup. 8.*
g *Clar. §. fi. q. 60.*
h *Ias. l. 13. de iurei.*
i *Piec. 2. gr. 21.*
k *Horat. 1. ep. 2.*

Sed neque dubites hìc de ebrio multum.[l] Etsi traditur alibi, excusari à dolo ebrium: itaque nec puniri pœna ordinaria, at tantum de culpa. imò excusari in totum, qui factus ebrius fuerit per dolũ alterius. Dico in disputatione *de caussis pœnarum* illam caussam puniendi, vt simus attentiores. Et illa hìc contra ebrium valet caussa. Etiam alia valet, exemplum. in quo etsi sit aliquid iniqui, tamen vtilitate publica hìc validè rependitur. Est alia caussa hìc reipublicæ læsæ solatium. Est iustificatio. Est odium peccati immanis. Sunt aliæ caussæ, de quibus in illa disputatione traditum est. Sed an vllæ sunt illic caussæ, ob quas puniatur insanus hìc?[m] Alibi non punitur insanus. Et hìc tamen illa videtur mouere, solatium læsæ reip. Et omnino illa, abolitio memoriæ facti abominandi. Et sic pœnas luebat insanus, qui ensem in regẽ strinxit Aragoniæ. &, propter regalis personæ excellentiam, videri iustum potuisse, Clarus scribit, & de Claro Eugenius doctor meus.[n] Sic, qui strinxit insanus ensem in Henricum secundum Galliæ. Atque istæ caussæ etiam impuberem, nec doli capacẽ, fortè teneant hìc. Et quod feri, aut infortunati ingenii indicia iste dat. Et quod in isto illi puniantur, qui ipsum custodire debuerunt. Quid, quod infantesq; ob alienũ factũ

[l] *Menoch. de arb. cas. 326.*

[m] *Clar. d. q. 60. Menoch. cas. 325. Eug. cons. 79.*

[n] *Bod. 2. de rep. 5.*

necantur? Et QVISQVIS igitur hic tenebitur, o clericus, laicus, hæreticus, paganus, homo omnis. vt ad verbum eiusmodi notant alibi canonistæ. etiam qui caret intellectu: quod illic nolunt canonistæ tamen. etiam externus, etiam princeps: vt dixi in sua disputatione.

o Io. A. c. vlt. de con. eccl.

CVM MILITIBVS VEL PRIVATIS VEL BARBARIS. id est, cũ hominibus publicis, vel priuatis, vel externis. p Milites. n. priuatis opponuntur in istis libris Codicis. itaq; sint omnes, qui publicum munus quoduis gerunt. ceteri aũt omnes priuati sunt. Et de hoc genere militum plura in libro duodecimo. Et lex nostra statim de his pro certo, QVI NOBIS MILITAT. Nec enim caligati cædes est crimen perduellionis. q etsi exercitũ, ciuemvè prodere hosti, crimen sit maiestatis, certè capitale. Et non nego tamen, quin & qui conspirauerit cum caligato teneatur. Stultissimè negaretur. Nunc priuati, qui nõ sunt ex aliqua militia. r Et sunt adhuc tamẽ, ac dicuntur priuati omnes, etiam magistratus maximi, respectu principis. Quidni? s *Ciuitates priuatorum loco habentur.* Barbaros porrò sum interpretatus externos, qui non sub imperio essent. t Et de hoc sic tradidi alibi latè. u Et nec ignorat tamen aut Iustinianicus primi diei, fuisse barbaros & sub

p l. vlt. ad Maced. l. 32. de loca. l. 1. qua. li. v. f. i. se vin. l. 6. de iu. omn. iud.

q l. 3. ad l. Iul. ma.

r Torr. & Cas. ad Suet.

s l. 16. de V. S.

t Alb. Virg. 6. 2.

u Inst. proœ. & Nou. 117.

ſub imperio. Sed vbi de barbaris dicitur, illic nos regulariter capimus de non ſubditis. [x] Notemus verò, quemadmodum alibi diſtinctio eſt, *militum*, *priuatorum*, *ſacerdotum*, ἐπὶ προσώπου παντὸς, εἴτε ἰδιωτικοῦ, εἴτε στρατιωτικοῦ, εἴτε ἱερατικοῦ, εἴτε βασιλικοῦ, εἴτε ἑτέρου οἱουδήποτε. [y] Iure canonico priuati pro laicis dicti, ad diſtinctionem clericorum, qui quaſi milites Dei ſunt, & eccleſiæ. [ω] Alibi tamen idiotæ ſunt ad diſtinctionem eruditorum. vt apud Ariſtotelem pro differentia philoſophorũ: apud Galenum ꝓ medicorum. [z] Et de hoc ſcripſi alibi. Quomodo poſſunt & opponi clericis: [a] qui aliquando ſic dicūtur quicunque litteris operam darent, ad ſancta eccleſiæ miniſteria ſe comparantes, ſed nondum tamen certa vocatione aliqua inſtructi, & miniſterio certo mancipati. Quæ ſignificatio hîc nota Oxonii. De regali autem perſona in lege noſtra non eſt dictum, quæ contra ſe non coniurat. Et tamen poteſt caſus contingere, qui debuiſſet lege notari: quum quis factionem iniiſſet cum Cæſaribus nobiliſſimis, aut cum tali, qui imperator eſſet, vel rex ſub altero, cum altero. [b] Qui ſucceſſor imperii erat deſignatus, ille Cæſar appellabatur, & coronabatur. Auguſtus dignitatis erat ſplendor, & adminiſtratio plena. [c] Vt de his dixi alibi. Et iſti qui-

[x] Nou. 1. ſ[illegible]
[y] Cuia c. 18. de fo. comp.
[ω] A. 2. Pol. 5. G. 3. de lo. aff.
[z] Alb. de abuſ. men. c. 6.
[a] Iun. contr. 3. lib. 1. c. 9. num. 63.
[b] Dio. li. 55. Herodia. 7.
[c] Alb. l. 7. C. de maleſ.

dem Cæsares rebellarunt Augustis non semel: Albinus Seuero, Iulianus Constanti, alii aliis. d Andronicus, qui sub Alexio fuit imperator, eidem rebellis. Henricus hîc rex filius quoties in Henricum regem patrem molitus bella, ac factiones? Quoties Licinius in Constantinum? Putem, teneri lege nostrâ omnes, etiam qui cum istis conspirasset contra principem. nam inquit lex, *Quisquis.* Etiam qui solus quid aggressus sit contra principem, tenetur. Scilicet tenet singulum ratio legis. Etsi non loquitur casus insolitos: at, qui cum factione sunt fere semper. e Alciatus tamen respondit, nullo istorum trium verborum legis nostræ significari regem. non militis nomine in materia hac stricta: non priuati, quia rex non est priuatus; non barbari, quia is sit hostis populi Romani. Sed omnino infirmum est illic primum istud Alciati argumentum. Imò enim priuatus est omnis subditus, barbarus omnis externus. Item ratio hîc tenet, etsi verba non tenent. quæ ratio dissoluit etiam secundum, tertium, quartum argumentum Alciati; vt mox dico.

d Houed. p. 2.

e Alc. 7. cos. 19.

SCELESTAM INIERIT FACTIONEM.

NEM.] Et nulla poteſt eſſe non ſceleſta contra legitimum principem. vt ſua diſputatione oſtendo. [f] Et propriè quidem ipſum nunc factionis nomen per ſe ſonat malè, & in malam partem accipitur. etſi aliquando vtimur & in bonam partem. Nam factio definitur diuiſio multitudinis in diuerſa ſtudia. Notum de illis quatuor factionibus aurigarum in vrbe. Notum de factione patricia, & plebeia. Plautus autem, [g] *Cum veſtris noſtra non eſt æqua factio*, id eſt, nos non tanti ſumus, quanti vos eſtis. Dixi de principe legitimo. nam de tyranno contra eſt. Et tyrannus eſt, qui non iure iniit principatum, vel iure deiectus adhuc tamen dominatur. vt hæc explicat latè Bartolus in tractatu *de tyrannide*. Olim tamen tyranni nomen commune principibus etiam optimis.[h] *qui etiam tyranni ob fortitudinem vocabantur*. Sic de Ænea, *dextram tetigiſſe tyranni*. [i] Etiam Iouem ſic dicunt, θεῶν Ζῆνα τύραννον. [ω] Et Hecuba de ſe, τύραννος ἦν ποτ᾽· ἀλλὰ νῦν δούλη σέθεν, Agamemnoni. [θ] Et Homeri tamen tempore non fuit hoc nomen. Dico igitur de tyranno, vt nunc accipimus vocabulum, non eſſe ſceleſtam factionem contra illum.[k] Et ſic Ioiada non ſeditioſus, ſed

[f] Brun. 1. de ſed. 14. Decia. 7. pr. 7.

[g] Plaut. Trin.

[h] Iuſti. lib. 1.

[i] Ariſtoph. Nub.

[ω] Eurip. Hecuba.

[θ] Schol. Soph. Oed. tyr.

[k] Boet. de ſed. c. 5. Iun. con. Bell. 5. lib. 5. c. 8.

virtuosus habetur in cæde Athaliæ. item Dauid in factione sua contra Saulem: quem iure deiectum, etiam Bartolus adnotauit.[l] Et sic quidem de tyranno interpretes: qui nullo iure inuolauerit in principatum: non de scelerato, immani, alio simili.[m] Et tamen si tyranni quoque potestas est à Deo: & potestati nulli licet resistere: factionem quî licet aduersus tyrannum inire? Ego responderim, imò tyranni non magis esse potestatem, quam lattonis: quem licet pro certo interficere. Quod itaque Salycetus hîc in Dominis, seu tyrannis Italiæ, qui de facto dominarentur, nõ de iure, dicat idem, quod in principibus, capiendum est ex illis Bartoli in tractatu de tyrannide, eos imò habuisse titulum iustum, sed iniustè imperasse: & sic minus propriè dici tyrannos. Aut id potius dicamus de illis dominis, quod narrat idem Bartolus, superuenisse eisdem titulum à iustis Dominis. itaque desiisse eos esse tyrannos. Sanè vt desineret esse latro is, qui postea emerit. Vel tertiò, & contra Salycetum rectà, quod falsa eius sit definitio, innixa falso fundamento, quod isti iura hostium teneant, adeoque & principum iura.[o] Refutatum enim istud est à me in libris bellicis.[p] Et non obstat, quod Alexander sequatur Salycetum. quia de tyrannis tenet nobiscũ, & cum

l Bod. 2. de rep. 5. Card. cl. 2. de re iud. Decia. 7. pr. 5. Alex. 6. cons. 13.

m Brun. de sed. c. 6. & 8.

o Alb. 1. de iu. be. 4.

p Alex. d. 13.

& cum aliis tamen. & itaque censet, nec Salycetum accepisse propriè tyranni nomen in illis Italiæ. Illa est quæstio alia, si tyrannus possit præscribere ius principatus. [p] & in qua adhuc ego negem: [q] etsi aiat Bodinus. semper enim in mala fide est tyrannus. Si cesset mala fides, puta in successionibus, tum sentiam cum Bodino. etiam vt populus possit præscribere: qui semper idem videtur tamen. [r] de quo exposui in iisdē libris. [s] Atque, etiam populum esse, & dici posse tyrannum, non dubitamus. Porrò autem Alciatus à vocabulo FACTIONIS, quo lex vtitur, argumentatur, lege non obligari, qui in exercitu steterit contra principem: quia verbum legis non possit referri ad exercitum, sed ad simplicem conspirationem aliquorum. Nos audiamus verba Festi: *Factio, & factiosus initio honesta vocabula erant. Unde adhuc factiones histrionum, & quadrigariorum dicuntur. Modo autem nomine factionis seditio, & arma vocantur.* Arma haud dubiè sunt etiam exercitus. [t] Quid, quod vna legum citatarum ab Alciato sic probat de exercitibus, quæ ait de factione Palmyrena? Quæ Odenati. de quo historia: [u] *Nisi Odenatus princeps Palmyrenorum, capto Valeriano, fessis Romanæ reipublicæ viribus, sumpsisset imperium, in Oriente res perdi-*

[p] *Alb. 1. de ar. R. 4. Bar. de tyr. q. 6.*
[q] *Bod. d. c. 5.*
[r] *Alb. 1. de iu. be 22.*
[s] *Aug. 2. de ciu. 21.*
[t] *l. 4. C. de ing. ma.*
[u] *Treb. Po. in tyr. & Vop. in Aurel.*

ta eßent, &c. Et paria de Zenobia illius vxore, quam viciſſe, laudi ſummæ ducebat Aurelianus ſibi. [b] Britanni *olim regibus parebant, nunc per principes factionibus, & ſtudiis trahuntur*, inquit Tacitus. Eſt præterea ratio legis, quæ & pugnanté in exercitu obliget. Ea ratio & alterum Alciati tollit, quod erat à præmio, quod in fine legis ſtatuitur reuelanti: quod verbum ſignificat ſecretas conſpirationes. Eſt enim hoc certum. ſed tamen neque ſubſtantia criminis maieſtatis, neque ratio iſtius legis ſtat in ſecreto. Ad ſecretum ſunt verba, quoniam ſic ſecretè fiunt molitiones iſtæ ferè ſemper. Sic ad verba legis ſummarium Bartoli etſi eſt de proditione, quæ dicitur de ſecretè factis, non eſt tamen excluſiuum manifeſtè factorum, in quibus eadem ratio eſt. Quamquam & proditionis nomen pateat latius ad omnes, qui alterum deſerunt, cui tenebantur. Et vidit Alciatus argumenta hæc vana: qui refugit ad ſtatuta, & ad aliam defenſionem ſolidiorem. Ecce, Mediolanenſes quidam ſecuti ſunt regem Galliarum contra ducem Mediolanenſem. Defenduntur ſolidè, quia iurarant antea fidelitatem regi: de cuius iure in eo ducatu opinio multa etiam

[b] Tac. Agr.

iam esset. Hoc excusat eos. [x] & de hoc alibi quoque scripsi. Sola ratio, quod in dolo isti non fuerint, non excusat. vt ante dictum & de furioso est : qui profectò in dolo non est. [y] Et non mouet lex, quæ sæpius meminit doli mali ad criminis huius admissionem. Nam in casibus illis, vbi ea mentio est, certè non admittetur hoc crimen, nisi & dolus adfuerit. Ecce, potest occidi magistratus, nec admitti crimen, si non dolo occiditur. vt occisi sunt Gracchi, Saturninus, alii. Ecce potest quis iuuisse hostes, nec puniri, quia iuuerit non dolo malo, sed per errorem, sed per infortunium. Quid hîc sexcenta memorem Romanæ historiæ? Romæ hæc non puniebantur. Carthagine (in quo & notatur ea ciuitas) puniebantur. In aliis criminibus puniendis quod dolus requiratur, nihil ad istud.

x Alb. 2. de iu. be. 17. & 18.

y l. 1. ad le. Iu. ma.

[u] Quod de Isernia, & Capicio probat Decianus, etiam falsum, vt non teneatur hac lege, qui nullam factionem inierit, sed solus, non communicato consilio occiderit consiliarium. Quid enim etsi eodem modo molitur quis in principem?

u Decia. 5. pr. 7.

AVT FACTIONIS SVSCEPERIT SACRA-

MENTVM. De ſacramento dicitur, quod ſolenne hîc. Et itaque etiam coniurationis nomen hîc eſt. [z] Eſt coniuratio & militiæ genus. Et verbum dicitur etiam in re bona, μίσον, vt notant grammatici. [a] Solinus dixit *Græcam coniurationem*, quâ itum ad Troiam eſt. [b] Prudentius *fidem coniuratam* in laude: Et Ouidius, *Quæ iurat, mens eſt, nil coniurauimus illa.* Verum etſi ſacramentum nullum interceſſit, ſtabit lex tamen: cuius definitio non ſtat ob interuentum ſacramēti. Dicunt auctores coniurationem, etſi non intercedat iuſiurandum: quoniam ſolet intercedere. Sic Suetonius in Iulio, *fuerat animus coniuratis.* Vbi Caſaubonus, *melius ſupra* CONSPIRATOS: *neque enim vllum interceſſit iuſiurandum.* Eraſmus in adnotatis, quod vnum, & idem ſint conſpirati, & coniurati.

z Seru. Æn. 8. Iſid. 9. orig. 3.
a Soli. c. 12.
b Prud. adu. Mar. Ouid. Cydip.

DE NECE ETIAM VIRORVM ILLVSTRIVM. Articulus etiā includit caſum minus dubiū, exprimit magis dubiū. Et ille hîc eſt de factione in principem, alter de factione in conſiliarios principis. DE NECE, inquit. [c] Quod nomen capitur de quouis genere mortis. Sed & de damno ſæpe. [d] Vt ſic *in necem legatariorum; creditorum, patroni*, alia legimus in libris Digeſtorum. [e] Neque ego dubito, quin teneatur maieſtatis, qui in da-

c D. de ſicar. Caſ. Suet. 1.
d l. 1. ſi quid in fr. pa. l. x. de in rem ve. l. 21. de pecul. l. 13. de min.
e l. 1. ad le. Iu. ma.

damnum principis quædam molitur. At idem non ſtatuo in conſiliariis ſanè. Et verbum *necis* de morte hìc capiendum eſt. quod ita capi ſolet : [f] & inuſitatè capitur de damno. [g] Etiam habet in propoſito lex alibi verbum *occidatur*.

[f] *Alc. libr. 4. de V. S. ſi.*
[g] *d. l. 1.*

VEL CVIVSLIBET POSTREMO QVI NOBIS MILITAT.] Negaui antea, accipi hoc de quouis milite. [h] quicquid accipere de quouis videtur Harmenopulus. Nam hoc generale verbum, ſubiectum illis ſpeciebus conſiliariorum, & ſenatorum, oſtendit de ſimilibus ſpeciebus ſermonem eſſe. Et ſimiles ſunt magiſtratus, qui ſequuntur ſenatores, & notantur per titulos ſequentes deinceps ad titulum *de ſenatoribus* in Digeſtis, & in Codice, præter illos militantes in ſacro palatio, & ſimiles. Sic qui in hos coniurauit, non quidem punietur velut coniurator aduerſum conſiliarios; vt rectè notat Salycetus: ſed tamen velut coniurator aduerſus militantem imperatori. Ille tamen non dicitur militare imperatori, qui ſub imperatore quidem eſt, at ipſi ſibi militat. [i] Vnde interpretes rectè, non eſſe hoc crimen, niſi ſi admiſſum ſit contra officiales, qui nomine ipſius principis, & ipſi principi immediatè adminiſtrent. non etiam, ſi contra eos, qui

[h] *Harm. 6. tit. 6.*
[i] *Dec. conſ. 410.*

adminiſtrant pro ſe, etſi habent officium à principe: quales feudatarii ſunt. [k] An conſuratio aduerſus principes inferiores teneatur hac lege, hinc & inde ſunt quidem opiniones communes. Cęterùm ſi inferiores intelligimus reſpectu dignitatis imperatoriæ ſuperioris, inepta diſputatio eſt. quoniam ſupremus quilibet princeps eiuſdem eſt dignitatis, cuius eſt imperator in propoſito hoc. Si autem accipimus inferiores pro ſubditis principibus, & feudatariis: diſputatio facti eſt, incerta, non determinanda niſi ex tenore inueſtituræ. [l] Alia quæſtio, an non teneatur hac lege is, qui priuato odio, & ob priuatas inimicitias cõiúret in necem conſiliariorum, definita videtur à pluribus, vt non teneatur. Etſi non negatur, eundem puniri oportere grauiſſimè: etiam morte illum, qui alapam prætori impegerit ob priuatam inimicitiam. Et quanquam Clarus non probet diſtinctionem: quia conſiliarii ſint pars corporis principis. eam ego ſequor tamen, nam ſunt pars corporis, quà ſunt conſiliarii, non ſimpliciter: & eſt etiam differentia inter caput & membra.[m] Atrox iniuria eſt in facie, quę atrox alibi eiuſdem corporis non eſſet.[n] Et ſemper debet aliquid amplius dari culmini principali.[o] Sic autem & diſtinguitur, quod

k Clar. §. læſa maieſtas.

l Rol. 4. conſ. 15. Decia. 7. pr. 5. & 1. cõſ. 18. Iaſ. l. 1. C. de pr. im. of.

m l. 7. de iniur.

n Decia. 7. pr. 4.

o Ceph. conſ. 424.

quod si mandatarius suo priuato odio interficit, non teneatur mandator. p Et sic, quod si quis ipsi principi maledicat, non vt principi, sed vt cuilibet, non obtineat titulus præcedens, *si quis imperatori maledixerit.* q Coniecturis porro istud intelligitur, an factum sit ex priuata inimicitia. Et coniecturas nonnullas excutiunt interpretes, & probant. r In dubio, si priuata inimicitia est, non præsumitur factum ex publica, sed ex priuata. Et ita doctores verè, sed intutè.

p *Decia.* 7. *pr.* 50.

q *Ceph.consf.* 75. *Decia. d.* 18.

r *Bal.* 2.*consf.* 261.*Decian.* 7.*pr.*5.

COGITAVERIT (EADEM ENIM SEVERITATE VOLVNTATEM, &c. s Distinguamus tria, *cogitationem, voluntatem, conatum.* Cogitatio est animæ se alloquentis sermo. t Voluntas est deliberatio animi intelligentis, & acceptantis. Conatus est (vt ego definirem) volũtati exequendæ actus. u vt sic actu aliquo adsumpto dicitur fur nobis, non ex sola voluntate. Porrò autem de cogitatione lex hominum inquit, x *Cogitationis pœnam nemo patitur.* y Et interpretes, certam hanc esse regulam, quatenus in terminis puræ cogitationis persistatur. z Cuiacius est ridiculus, qui in plerisque causis locũ facit pœnæ contra istam legem. Sed accipit tamẽ cogitationem pro voluntate, atque sic scribit, *in plerisque causis non tantum effectus punitur, sed etiam voluntas.*

s *Pla. in Sophist. & in Theat.*

t *Decian. d. consf.*18.

u *l.* 225. *de V.S.*

x *l.*18 *de pœn.*

y *Decian.* 5. *pr.* 17. & 20.

z *Cuiac.* 8. *obs.*22.

imò accipit pro conatu. nam & scribit, de pœna edicti *quod quisq; iuris* capiendā proculdubio eandem legē: per quod non punitur dicens, aut postulans nouum ius, nisi hoc idem ius effectū habuerit. Sed iterum ridiculus homo est, qui generalem sententiam coniectam in titulum generalem retrahit sine causa in casum specialem. Cape enim legem propriè de cogitatione, & sententia ita stat immota, vt nullam patiatur exceptionē. Lex nostra verbum *cogitauerit* capit de voluntate, vt audis: imò de conatu, vt audiēs. Etiam lex quincta tituli, *de his qui ad ecclesias confugiunt*, quæ dicit de *nuda saltem cogitatione*, addit, *atque tractatu*. Etiam alibi semper sic de conatu intelligitur nomen *cogitationis*, vbi ea puniri dicitur. Et cogitatio sanè videtur omnis absque effectu conatus. vt ita idem nomen soleat sępius sumi ad differentiam sceleris confecti. a Sic & Augustinus, *de tyrannide, parricidio, veneficio quæri nec patratis, sed cogitatis.* Sic alii in iure (vt loquimur) fori. Nam in iure poli contra fit pro certo. vt boni Theologi docent, b & ego etiam alibi trado. c Etiam primi motus sunt peccatū Theologis. d qui Philosophis nullū sunt vitium, quia nec sint in potestate nostra, & præueniant omnem deliberationē nostram. Et sic Papistæ, non

a *Aug. Rhet. prin.*
b *Alb. 1. de nup. 12.*
c *Bez. Iac. 2.*
d *Arist. Ethic. 2.*

esse peccatum, nisi cōcupiscentiæ sit assensum. [e] Iosephus, nescio, nunc an ad legem fori, an aliter pessimè, *Qui nullatenus egit peccatū, sed tantùm cogitauit, nullo reatu tenebatur.* Liber nunc ad manum non est. Tu videris, de quibus loquatur legibus. [f] Et de Hieron. tamen habent iidē Papistæ in Decreto, ne nescias: *Primum peccatum est cogitasse, quæ mala sunt. secundū cogitationib. adquieuisse. tertiū, quod mente decreueris, opere cōpleuisse.* De cogitatione verò hactenus. Et quod neq; in isto nostro tractatu punitur, [g] *nō quæritur, an cogitare contra animā principis sit M*tem *lædere, sed an aliquis de nece eius tractauerit*: in eodē Decreto: & laudat Decianus. Sequitur de voluntate, quæ & confunditur sępè cū cogitatione. [h] Dicebat autē Cato, quod nulla esset lex tā acerba, quæ ita loqueretur, *Si quis voluerit.* Et sic alia plura sunt. Sed & contra Catonem disputat Tyro Tullius, & aliç aliorū sunt sententiæ. [i] *In maleficiis voluntas spectatur, nō exitus*: inquit lex. [k] *Omnia scelera & ante effectum operis, quantum culpæ satis est, perfecta sunt.* Seneca. qui etiā narrat, quod sic *in quibusdam ciuitatibus impiū votum sceleris vicem tenuit.* [l] Romæ sic Clodiam, *insontē crimine votum impium subuertit.* Ea etiam Mtis accusata, [m] *Nouo iure iudicium* Mtis *apud populum mulier subiit, quòd in conferta multi-*

e Ioseph. 16. ant. 13.

f De pœnit. 1. c. 71.

g can. 21. 6. q. 1. Decia. 3. cons. 67.

h Gell. 7. c. 13.

i l. 14. de Sicar.

k Sene. 2. de tran. & de ben. 6.

l Val. 8. c. 1.

m Sue. Tyb. 3 Gell. 10. c. 6. Liu. 19.

tudine agrè procedente carpento, palàm optauerit, vt frater suus reuiuisceret, atq, iterum classem amitteret, quo minor turba Roma foret. [n] Habet Apuleius pulchra illa, *Effectus in casu est.* Et igitur *cogitata scelera, non perfecta adhuc, vindicantur cruenta mente, pura manu.* [o] Et de pœnis internis cōscientiæ satyra, *Has patitur pœnas peccandi sola voluntas: Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum, Facti crimē habet.* Cæterum de voluntate nō punienda in foro fori, itidem dicas, vt dictum de cogitatione est. [p] Semper enim oportet, mente quid esse deductum. sola animi propositio absque aliquo actu non est satis. Et iniustum liquidò fuit, vt qui tantùm deliberauerit secum de nece Francisci primi, & de ea sua deliberatione retulit sacerdoti in confessione auriculari, itaque proditus regi, supplicio ex ista lege nostra affectus sit. [q] vt recitat factum Bodinus. [r] Etiam illa confessio nihili est in iudicio. [s] Non punitur vnquam affectus, nec in atrocissimis, nisi deuentum sit ad actum aliquem exteriorem, ordinatū ad delictum. [t] Et hìc item omnes. Aut si qui sunt, qui de nuda voluntate accipiunt legem nostram, ii refutatique sunt [u] à Menochio. De nuda voluntate non est illud Virgilii, quo abutitur Cuiacius, [x] *Ausi omnes immane nefas, ausoque*

n Apul. 4. flor.
o Iuu. saty. 13.
p l. 225. de V.S.
q Bod. 2. de rep. 5. & libr. 4. cap. 7.
r Cou. 2. de sp. vlt.
s Ceph. cons. 549. Decian. d. 67.
t Clar. §. fi. q. 91.
u Men. de arb. cas. 360.
x Virg. Æneid. 6.

soque potiti. [y] Quanquam in Rhadamanti foro illic apud Virgilium & nuda puniri voluntas potuit. Nec iuuat Seruius, dum scribit, *& qui conati, & qui fecerunt. Secundum ritum Romanorum: in quo non tantum exitus punitur, sed etiam voluntas.* nam audis, voluntatem pro conatu, & ausu. Et sic igitur omnia, quæ de punienda voluntate. Superest de conatu. qui varius est, in consultando, apparando, procedendo. [z] Qui autem deliberat, desciuit. vt est apud Tacitum.[a] Et tractatus est incipere loqui. vt tradunt nostri. [b] Et quod ex solo consilio rebellandi incurritur in istud crimẽ. [c] Et quod in atrocissimis non est derogatum legibus à consuetudine, quæ puniunt affectũ. [d] Ad aliquem actum procedere est attentare, & præparare. Sed an is actus est, si quis dixerit, velle se hoc facere? [e] Et Cephalus respõdit, rem adhuc esse in nuda voluntate: nec esse factum transitum per hæc verba ad actum exteriorem. Et certè actus iste, si sit exterior, non videtur ordinatus ad delictũ tamen hoc, quod valdè clam solent homines moliri. Ergo ex eodem Cephalo nec quidquam fit, quia ordinatus ad delictum non sit. [f] Adde autem ex Castrensi, quod non desinit dici nuda voluntas, licèt sit declarata. quoniam illa dicatur voluntas nu-

y *Castr. Roman. alii l. gerit. de adk her.*

z *Tac. 1. hist.*

a *Decian. 1. cons. 18.*

b *Alex. 6. cons. 13.*

c *Clar. §. fi. q. 92. Decia. d. 18.*

d *Boer. de sed. fi.*

e *Ceph. d. 549.*

f *Castr. d. l. gerit.*

da, quæ est vnius tantùm. Verum in tractatu nostro vereor, vt procedere ista possint. Nam voluntas hæc communicata aliis vel est tentamentum eorundem, & incitamentum in scelus: vel pessimi exempli res semper. Sed & idē Castrensis habet de præsentia aliorum aliquid, quod hîc faciat non esse voluntatē nudam. Adde & Angelum eodē loco, etsi reprobatum communiter, qui nudam voluntatē negat istā, aliis declaratam. Et de hoc satis. g Quid si quis locutus sit cōditionaliter? Nullus consensus est, vbi conditio est. Et qui voluntatē suam sub conditione addidit, nondū voluisse videtur. h Et in certo hoc crimine ita quidem Baldus respondit. Quę nec tuta putē, nec vera. Nam, quæ Bartoli sentētia mox tradetur de consciis, ea damnabit hūc, qui in coniurationē responderit sub conditione. Etiam, qui rogarit sub conditione, tenebitur, veluti qui incepit loqui, id est & tractarit. Et sic igitur etiam de conatu satis. Plura apud Felynum in tractatu *de conatu*, & apud Socinū in regulis. i Hîc omnis punietur conatus, præcipuè quia re cōfecta nō sit facilè futurus, qui puniat. Quod nostri, & Cato in Catilinario.

GLADIO FERIATVR.] k Atq; si hæc lex acerbissima nō vult imminuere pœnas aliarum, neq; petitur corpus huius hominis ad

g *Bal. 1. cons. 9. & libr. 3. cons. 188.*

h *Bal. 5. cons. 502.*

i *Bal. 4. cons. 135. Boer. de sed. fi.*

k *l. 1. de cad. pun. Cla. §. fi. q. vlt. Suet. Vesp. 2.*

nis ad sepulturã. Quam addidit Romæ pœnam prætor Vespasianus, odio senatus, gratia Caligulæ: *Pœna coniuratorũ addendum censuit, vt insepulti proiicerẽtur.*[l] Nec homo lugetur.[m] Nec imago eius habetur. vt ego quoq; alibi dixi. Nisi ad infamiã fortè.[n] vt in historia Hispan. nos legimus de proditorib. sui regis, qui ita cũ rege depingerẽtur. Proditorũ imagines inuersas, & per pedẽ suspẽsas vidimus plures in Italia.[o] Etiam verò damnati publicatis bonis sepulturâ ꝓhibebãtur. sed Augustus cognatis non denegabat.

BONIS EIVS OMNIBVS FISCO ADDICTIS][p] Etiã, quæ ei debẽtur, etiã ex cõtractu sub cõditione.[q] Etiam subiecta fideicommisso, dum fideicommissi dies adueniat. nisi & fideicõmissum sit, vt ilico eant ad fideicommissarium, atq; essent publicanda. Valet enim hoc fideicõmissum, & excludit fiscũ statim.[r] Etiã nec vllis creditoribus hîc nocebitur: quibus omnibus tenetur fiscus, vt anomalus quidã debitor. Vt mirũ sit, cur de dote recuperanda vxori mox caueatur, quasi dos ista nõ fuisset excepta, si expressũ de ea sic specialiter nõ fuisset. Sed est narratio tantùm illic *recuperata dote*, non est vlla prouisio, aut priuilegiũ. At in hac parte de publicatione bonorũ plurima notat frater, quæ publicata laborẽ hîc adimunt mihi.

FILII VERO EIVS, &c.][s] Altercatio lata

l *l.11. de his, qui no.in.*
m *Rom.sing. 476. Sueto. Ner.37. Alb. Virg.2.*
n *Alf.a Cart. c.44.*
o *Pithoe.ad Petro.*
p *Ceph.cons. 321. Decia.d.18*
q *Odd.1.cons. 53.*
r *Odd.1.cõs. 99.*
s *Clar.§.læsa ma. Decia.7. pr.41.*

eſt interpretum, ſi de filiis natis etiam ante delictum patris lex capitur. Et vtrinque citatur communis. Clarus autem ſequitur negatiuam, veluti benigniorem. Ego nunquam putaui diſtinguendum hîc, vbi lex non diſtinguit. Et quum etiam relinqueretur vix vnquam legi locus, ſi tantum poſt nati filii illa attinerētur. Quî enim ſint filii poſt his, ilico perituris? Etiam frater hanc partē defendit: & de aliis hîc explicat quæſtionibus. Ego de iuſtitia pœnarū filiorum ſeparatam facio diſputationem, quæ longior hac tota eſt.

SIT ET MORS SOLATIVM ET VITA SVPPLICIVM.[t] Scil. pœna maior eſt, verſari inter homines, & hominum carere ſuffragiis. vt iidem noſtri legislatores cum patre dicunt in ſimili ſanctione.[u] Et Plinius, *Durior, triſtiorque ſententia, non moueri ordine, quàm moueri: ſi honores ordinis adimātur.* Etiam,[x] *vltimum malorum eſt, ex viuorum numero exire ante, quàm moriaris.* Seneca Philoſophus.[y] Et Seneca Poeta, *Miſerum veta perire: felicem iube.* Et Atreus ad illum, qui de nece Thyeſtis ſuadebat, *De fine pœna loqueris. ego pœnam volo.* Et alius, *Leuis vna mors eſt. leuis, at extendi poteſt.*[z] Et ſic alia plura.[a] *Conceſſaque vita dolori.* acutiſſimè, & ad hæc tempora legis noſtræ.

[t] l. 3. C. de A poſt.
[u] Plin. 2. epiſtola 12.
[x] Seneca de tranq.
[y] Sen. Her. fur. Thye. & Her. Oet.
[z] Alb. 3. Lect. 18.
[a] Claud. 1. in Ruf.

DENI-

DENIQVE, &c. PRO TALIBVS. Etiam pro filiis, de quibus dictum proximè? Et qui PERPETVO egentes, & infames esse iubentur. Sed an etiam de reis ipsis ante damnationem? Et videtur. nam ait lex VNQVAM. Et illa sunt Taciti sic, [b] *Proconsulem Cretæ postulauerat repetũdis, addito maiestatis crimine, quod tum omnium accusationum complementum erat. Ne quis necessariorum iuuaret periclitantem, maiestatis crimina subdebantur, vinculum, & necessitas silendi.*[c] Sed & antea Cicero, *Cæteris in causis etiam nocentes viri boni, si necessarii sunt, non defendendos esse non putant. in hoc crimine non solum leuitatis est culpa, verùm etiam quædam contagio sceleris, si defendas eum, quem obstrictum esse patriæ suspicere.* Et hîc tu addes, quod fides subditorum erga principem sic esse debet illustris, vt per se lucere ipsa possit, nec indigere subtilibus peritorum argumentis. Innocentia est eloquentia. vt inquiebat Cæcilius.[d] Et negare factum, facilis res, nec vllo indigẽs patrono. inquit Apuleius. Rectè factum, vel perperã (inquam ego) docere, id verò iudicantis officium præstabit. [e] Sic autem narratur iudicium apud inferos Minoem, & Rhadamantum. *apud quos nec te L. Crassus defendet, nec M. Antonius. nec poteris adhi-*

b *Tac. 3. ann.*

c *Cicero pro Syll.*

d *Apul. apol. I.*

e *Cic. Tusc. I*

bere Demosthenem. tibi ipsi pro te eris maxima corona causa dicenda. Et sunt hæc figmenta apta ad vitam hanc. [f] Sic & Athenis ius, ne quis se per aliũ defenderet. [g] Sic olim Romæ nec licitũ, per alium agere, se defendere per aliũ, nisi pauculis in causis. [h] Sic alicubi iuris canonici, vt litigatores ipsi per se, si indiscreti non sint, factũ, de quo est quæstio, narrent apud iudicẽ, nõ per aduocatos. qui (vt addit Cuiac.) plerumq; in facto narrando callidè nimis, & fastidiosè se gerunt, vt decipiant iudicũ religionem, & fidem. vtinã (superaddit) seruaretur lex huius capit. [i] Et tu insuper adde plurima Ammiani in iurisconsultos sui temporis, etiã; quod si matrẽ tuam finxeris volẽs occidisse, illi multas suffragantes lectiones recõditas pollicebantur. Etiam quid hîc non faciunt nostri? Quàm tentãt multa, vt euacuẽt vim huius legis? Audiuimus quędam. audiemus quædã adhuc. Nunc pro hac disputatione, quæ hîc negat interuentorẽ & pro fide, quę esse inculpabilis debet subditorũ ęrga principẽ, dico Augusti sententiã memorabilem ad filios Herodis regis: [k] qui accusati impietatis in patrẽ, eos absoluit quidẽ Augustus tanto crimine: at vituperauit tamen, quòd nõ ita se gesserint erga patrẽ, vt neq; accusari potuissent. Et crimine vacare hîc debet ciuis, & omni etiã tenuissima, atq; vanissima

f Cic. Bru. Quinct. 2. c. 15.
g Hot. 4. Instit. 10.
h cap. 14. de iud. vb. Cuiacius.
i Amm. lib. 30.
k Ios. 16. ant.

criminis suspicione.[l] Hoc Cæsar sibi ab vxore poscebat. Hîc audisti Ciceronis illud SVSPICERE. Atq; sic pro ista parte.[m] Pro qua & lex Angliæ stat, laudata Moro. Quãquam hęc neq; admittit in aliis criminalib. patronũ. quoniã in his omnibus rex stet cõtra reos. neq; liceat aliis contra regẽ pro aliis interuenire. Et durius igitur hoc ius. Sicut & in altero, quod publicatio hîc bonorũ exstinguit omniũ iura creditorũ. At tractemus ius, quod profitemur, Iustinianiacum. Et pro parte altera præsentis disputationis dicamus primùm de necessitate aduocati.[n] de qua post Speculatorẽ, & alios Oddus doctor meus in respõsis. Subtrahens aduersario copiã aduocati, dicitur, eidẽ auferre necessariã defensionem: Et ipse incurrit præsumptionẽ iuris, & de iure, quod iniustitiã foueat. Opus aduocato est, ét si reus ipse sit doctor, &c.[o] Sic autem & medico indigere dicitur ægrotus medicus. Audi, quæ sequuntur apud Tacitũ, *Sed multa aggerabantur, etiam insontibus periculosa: tùm facundissimis totius Asiæ, eóq; ad accusandum delectis responderet solus, & orandi nescius, proprio in metu qui exercitã quoq; eloquentiã debilitat.*[p] Etiã facit, quod de hæretico est traditũ, vt nemo quidẽ pro eo possit esse aduocatus, qui certus hæreticus sit: at pro eo possit, quem non esse talẽ defendere quis ex pcessu velit.[q] Et idẽ in aliis quibusdã criminib. est. Quid ni igitur hîc idẽ? Etiã

l Plut. Cæs.
m Mor. Vtop.
n Odd. cons. 88.
o Aristot. 3. Polit. 12.
p Clar. §. hæresis.
q Non. cons. 106. Decia. 3. cons. 83.

abrogatio illarum legum, quæ istam vetabant potestatem defendendi se per alium, ostendere ius illud iniquum potest. Quid? Et non est iniquum, adimere alicui defensionem? Hæc & iuris dicitur naturalis. quare nec tolli possit. Et alios potest quis adsumere, qui se defendant? Et alii possunt vltrò accurrere, vt alium defendant. Quæ est ratio differentiæ inter facti, & iuris defensionem? Quid? Non videmus istos defensos passim per iurisconsultorum responsa? per oratores? Et hæc mihi opinio verissima in iure nostro videtur. quam & tenent omnes hîc: qui de supplicantibus pro iam damnato loquuntur, Bartolus, Baldus, Salycetus; & negant supplicandum pro eo. Nec vidi quemquam, qui de non damnato loquatur. Et verò cùm de his iam damnatis loquatur lex, etiam ille articulus VMQVAM, significabit sic omne post damnationem tempus. Sic & verbum INTERVENIRE: [1] quod aliàs tempus ante damnationem significat, agere, defendere. Et non obstat idem Bartolus, [2] qui aduocatos hinc remotos existimat, vnde strepitus est remotus. quoniam Bartolus non de omnibus aduocatis loquitur, sed de his solis, ad quos inueniendos, vel instruendos dilatio petitur. Aut si Bartolus loquitur generaliter, loquitur

1 Rob. l. 233. de V.S.
2 Bar. ad reprimēdum. vbi add. contra.

tur (audenter dico) malè. [t] quicquid & Decianus referat, & sequatur eum generaliter. Et additionator scribit, de tali dicto Bartoli se dubitare valdè, & se obtinuisse pluries contra, & vidisse obseruatum. Cogitemus tamen. Nam quod scribitur contra Bartolum, defensionem hîc versari, rem iuris naturalis, nec auferendam: id non satis sit firmum. cùm & ius limitari naturale in quibusdam possit, hîc puta in isto crimine. & nō dicatur defensio auferri, quæ in modo, & quāto quodam aufertur, hîc puta per aduocatos. Legitima est iuris naturæ. &, dum minuitur, non dicitur tolli: [u] vt ita, mi- nui dicitur posse, non tolli legitima. [x] Oddus meus contra Bartolum, Fulgosium, & Angelum sic disputat, quod aut loquuntur de auxilio iuris per viam iustitiæ: & quid inhumanius, quàm præcludere innocentibus omnem viam defensionis? aut loquuntur de auxilio iuris per viam gratiæ: & quid esset barbarie plenius, quàm non posse implorare principis misericordiam? Quibus item respondemus; non omnem præcludi viam defensionis hîc. Atque si hæc Oddi sunt, vt sunt, de iam damnato; etiā respondetur, istum nunc dici innocentem minimè posse. De gratia quod addit, nec firmum est, [y] nam & aliàs vetamur supplicare: &

t Decia. 7. pr 37.

u Non. conf. 13.

x Odd. conf. 27.

y l. pe. C. vt li. pe. & Non. 74.

clementia omnis aliàs denegatur, φιλανθρωπία. Sed pergit meus doctor, quod neque lex hæc nostra id dicit vllo modo, at tantùm, quod venia non impetrata non liceat interuenire. Et ita fit etiam Baldi summarium. Quod tamen summarium ego non video, nec Baldi hìc ad rem quidquam. z Alibi autem idem Baldus probat, quod collegium Bononiense fuerit acriter reprehensum, quoniam supplicasset pro Richardo Malumbre, condemnato de hęresi. Salycetum igitur voluerit allegare Oddus: cuius hoc est summarium, *pro istis supplicantes, sine venia sunt infames.* Verùm & distinguitur in meis libris (quod tamen nihili est apud me) contra sententiam Oddi. itidem & in ipso textu, & hoc quoque per Oddum exscripto. Et in textu pro certo verbum *sine venia* adiungendum sequentibus est. Et doctor meus fallaciā diuisionis habet pro certo. Et ego igitur in cōdemnato concludam cum Bartolo. Et addo ex additione ad eum Alexandri, qui eundemque sequitur, quod contra bonum publicum sit, huic proditori fauere: nam bonum publicum velit delicta puniri. a Addo ex Castrensi, quia præsumitur, quod deteriora molietur. Is & de non intercedendo pro eo, qui est in principis indignatione. Et sic de iure.

z *Bal. l. 14. C. de ep. & cl.*

a *Castr. d. l. 14.*

quic-

quicquid (quod ſcribit Oddus) vſus, & praxis quotidiè contrarium ſeruat. In diſputando idem & in priore parte facilius defendetur, ne *vmquam interueniat ſtrepitus* hìc. Et ſic vinceretur ex his tribus verbis, & ex aliis rationibus ſupraſcriptis. Quibus addes, quod ſi olim ſic fuit, vt ſolus diceret accuſatus iſtam cauſam: certe per legem hanc nihil ſit credendum conſtitutum mollius. [b] Alibi tenet Bartolus, quod ſi vetetur, auxilium ferri bannito, eidem nec poterit quis eſſe aduocatus. In quo tamen arguitur contrarietatis, & non nemo alius citatur eidem contrarius. Sed ipſe ſibi contrarius tamen Bartolus non eſt. nec enim definit [c] in alio loco quidquã. Diſtinguit, an per viam gratiæ, ſciente ſuperiore, implorando ſimpliciter miſericordiam. & hoc liceat, niſi in damnato maieſtatis. & ita per hanc legem: & (quod additur) propter enormitatem criminis. An per viam iuſtitiæ. & ait, *ad hoc facit, quod ponit multùm latè Innocentius*, &c. Sic ait immediatè ad quęſtionem, quam format adfirmatiuè. Et itaque definire etiam adfirmatiuè videatur potiùs. itaque concordare cum ſupradictis. Quæ eſt regula quædam interpretandi. & ſimilis alia regulæ concordandi alia, & teſtimonia de quibus alibi dixi.

b *Bar. l. 5. vbi add. Alex. de his, quib. vt indi.*

c *Bar. l. 51. de fur.*

AD FILIAS SANE EORVM.] Quid ad filias earum? id est, quid si fœmina istud crimen admiserit? item quid ad filios earum? Et idem, quod in patre reo istius criminis, respondet de vtroque Azo in glossa hîc: sequitur Contius, & nonnemo alius. Et mihi placuit opinio. quia valeat etiam ratio imitationis. quia valet ratio altera potentior, etsi tacita, ne sit, qui vltionem audeat aliquando. Etiam altera valet ratio, vt ab hoc crimine deterrerentur parentes propter metum liberorum. Etiam aliæ, de quibus exposui in aliis disputationibus libri huius. Quæ aliæ rationes sunt satis. Etsi illa abesset exempli: quia generatio propriè sit patris. [d] vt scripsi alibi. Et quia de patre loquuntur omnes, qui de hoc exemplo loquuntur: vt dico in disputatione *de filio perduellis.* Sed si tamen illo verbo primo QVISQVIS etiam fœmina significatur: etiam hoc EORVM significantur filii fœminarum, quod ad illud refertur. Quid ni etiam & filiæ earum intelligantur? Etiam fœminæ audent. [a] Et scimus Tulliam, & Martiam omnes. [e] Et fœmina prima auctor coniurationis contra Austrios in Heluetiis. Nam de maribus *earum* dubitet nemo. [f] *Brigantes fœmina duce exurere coloniam, expugnare castra, exuere*

[d] *Alb. 4. de nup. 1.*

[a] *Liu. lib. 1. Herodian. libro 1.*

[e] *Siml. de rep. Helu. libro 1.*

[f] *Tac. Agr.*

vere iugum potuere: inquit Galgacus: & magnum maribus stimulum addit à facto fœminæ. Hîc vobis alias fœminas dicam? Itaque rationes, itaque verba filios teneant fœminatũ, & filias. Atq; filiabus nunc de bonis patris Falcidia tantùm dabitur. Et ita visum mihi sequi Azonem. [g] Contra quem tamen receptior, & de iure verior dicitur opinio: & contra quem stat frater quoque. Sequitur verò, QVOTLIBET NVMERO FVERINT FALCIDIAM, &c. Falcidiam dicit, & intelligit legitimam liquidò. quod & obseruant omnes. Et ego existimo, nomen adsumptum Falcidiæ, vt sciremus, legitimam istam esse semper quartam, sicut Falcidia est quarta semper. Et sic inquit lex, *quotlibet numero fuerint.* [h] In aliis causis etiam de patris damnati bonis relinquitur & masculis pro eorum numero, aliquando totum. Sed hîc nihil masculis, nihil fœminis de parentis damnati bonis. & nihil masculis de aliorum. at fœminis legitima de maternis tantùm, nulla obseruatione numeri earum habita, quam habent leges (vt dixi) anteriores: [i] & quam in legitima augenda habent posteriores. [k] Etsi *non est nouum, vt priores leges ad posteriores trahantur.* Sed nõ

g *Decia.* 7. *pr.*41.

h *l.* 1. 7. *de bo. dam.*

i *Nou.* 18.

k *l.* 26. *de legi.*

est admittendum vt fauorabile augmentum legitimę ad filios hos trahatur odiosissimos. Interroga Iustinianum, si odiosissimis his filiis voluit lege sua nouella augere pro numero legitimam? Si voluit vllo modo augere? [l] Filiis adoptiuis aucta legitima non intelligitur. Et odiosissimis erit aucta? Et sic igitur disputo, quod cum tempore huius nostræ legis legitima esset quarta, etiam quarta relicta dicetur. Et sic contra Græcos, & Contium. Ratio porrò, quæ sequitur, cur aliquid relinquatur filiabus, etiam ratione alia adiuuatur, [m] quod deceat sic tractare semper sexum infirmiorē. [n] At à ratione hîc expressa alii alias conficiunt definitiones, quas non recito tamen. Ait autem lex, FALCIDIAM TANTVM EX BONIS MATRIS. Quod an est, vt ex omnibus omnium bonis omninò, vt filius, excludatur etiam filia, tantumq; habeat hanc ex maternis portionem? An de aliorū bonis nihil dicitur, falcidia tantum tribuitur de bonis matris? Id est, an articulus *tantùm* determinet de bonis, an de portione bonorum matris? Et ego antea cum Azone statui his filiabus pœnas easdem, quæ dicuntur filiis. Et igitur hîc teneo intellectū priorem, vt nihil de aliorum bonis habere filia debeat. Quem confirmo adhuc, quia pars

l *Bar. l. si arrogator.*

m *c. 4. de pœnis 6.*

n *Ceph. l. 1. de V. S.*

pars ista de fœminis exceptiuè sequitur præcedentem proximam partem de filiis. Et fuissent fœminæ illic comprehensæ, nisi hîc exceptæ fuissent. Et itaq; cum sit fœminis hîc exceptum nihil nisi Falcidia de bonis matris, sequitur, vt fœminæ nec quidquam habeant de aliis. Præterea, si de bonis matris falcidia sola relinquitur: quæ eis sunt magis debita: cur aliorum omnia relinquerentur? Si de quo magis relinqui debuit, minus relinquitur: de eo magis relinquetur, de quo minus relinqui debuit? Tādē & lex inquit, VT HABEANT MEDIOCREM ALIMONIAM. non igitur relinquit, vt possint abundare. Etiam interroga legislatoresque, si non nollent, filias has exclusas à bonis aliorum, & successionibus? Et ita de successionibus. De adquisitionibus inter viuos etiam, dicitur plurimùm contra hos filios: qui infames declarantur, arcentur ab omnibus honoribus, ab omnibus Sacramentis repelluntur. Quę sunt iuris ciuilis, & in manu principis: & quæ tribuere diuitias solent. Sed abscisse his non denegatur omne genus, aut omnis occasio acquirendi inter viuos.

EMANCIPATIONES QVOQVE, &c.] Et de his vsq; ad partem, quę de consciis sequetur, nihil mihi superest ferè, quod di-

eam post accuratam fratris doctissimi diligentiam. Ait, POST LEGEM DVMTAXAT LATAM. quod quidem proprium legis est, vt ad futura referatur. vt in alia habeo disputatione. In qua disputatione & plures dixi casus, quum lex porrigitur & ad præsentia, & ad præterita. Vt mirum videri possit, cur non idem fiat hîc, vbi plura contra omnes regulas sanciuntur. Et adhuc cur emancipationes, sicut alia sequentia, à die cogitati sceleris non decernuntur inualidæ, sed tantùm à die latę legis? o Dominos à cogitato facinore amittere ius dandæ libertatis, tradit lex alibi. Cæterùm quæstiones sunt duæ. altera de tempore antę legem; altera à scelere post cogitato. Et in neutra distinguitur emancipatio à reliquis. Nihil mouetur eorum, quæ fuerunt ante legem. omnia mouentur sequentis temporis à scelere cogitato. p Dubitatio hîc dicitur, & quidem pulcra, an secuta damnatio retro trahatur, vt intelligatur amissum dominium, & omnia sint nihili à scelere cogitato. Disceptat autem Decianus, & cum Dyno affirmat contra Bartolum. Negabat Bartolus, quia legit, q dominum hunc esse ante damnationem. Sed Decianus respondet, quod ea verba legis sunt ratio dubitandi: quæ non consideretur quia contra ipsam

o l. 15. qui, & à qui.

p Deci. 7. pr. 40.

q d. l. 15.

ipsam conclusio ponitur. Ego pro Bartolo, nec sequi, falsum vt sit, quod in ea ratione affertur. & quod IC. non attulisset pro ratione dubitandi, quod esset falsum. Quod verò retorqueat Decia. legem contra Bart. vanum est. mouetur enim falsa litera legis. Etiam vanum, vt conclusio loquatur de eo, de quo loquitur ratio dubitandi, aut conclusio illam non tollet: itaque conclusio sit de dominio, postquã ratio dubitandi est de dominio. Vanũ. nam satis est sublata ratio dubitandi, si ostenditur, non eam facere ad quæstionem: & si eadem falsa aliàs non sit. Imò, cùm de alio rescripserit pluribus verbis in ratione decidendi, quàm opus fuisset volenti dicere falsam rationem dubitandi, satis apparet, dici illic nihil contra eandem rationem. Sequor Bartolum.[r] Et Decia. alibi idem mihi tradit, & per hanc quidem legem, quam nunc vexat. Descendo ad alia legis.

[r] *Decia. §. pr. 20.*

DE SATELLITIBVS CONSCIIS AC MINISTRIS.] Conscii distinguuntur à cæteris facilè. Et videamus tamen, conscii qui sint. [s] Quæstio namque difficilis est, an conscii sint illi quoque, qui tantùm intellexerunt de coniuratione, non in eam venerunt vllo modo. Et vtrinque sunt opiniones communes. Pro affirma-

[s] *Clar. §. fi. q. 87.*

t *Alc.8.pare.* tiua autem stat Bartolus. t attamen intonat
ø *Cott.mem.* contra Baldus, esse illum in inferno cum
u *Ceph.cons. 696.* sectatoribus suis. u Rursus sequuntur Bartolum plures. x Et cum eodem esse praxim
x *Guicc.3.13.*
y *Rom.l.1.de Sila.* alii aiunt, & Clarus. y Contra autem scribit Romanus, vidisse se pulcherrimum consilium Baldi, & elegantissimum: per quod & liberauerit Baldus Florentinum quendam contra Bartoli opinionem. Ego itidem sim contra Bartolum per istam legem nostram: quæ de *consciis* loquitur. z Differunt enim
z *Alc. l.31. depo.* conscii ab aliis, qui simpliciter sciunt. nam conscii sunt consilii eiusdem, & participes. vt Alciatus docet. sunt, qui faciunt cũ coniuratis. vt loquitur Cicero in oratione pro
a *Meno, de arb.cas.355.* Sylla. a Conscius est consocius in hac lege. quod alii nostri scribunt. b Ecce autem, qui
b *l.2. 6.de parr.* cognouit tantùm de nece patris, relegatus est: conscius eadem pœna parricidæ afficitur. c Adde, quod conscii, & ministri sacri-
c *l.pen. vlt. C.de paga.* ficiorum paganicorum eandem pœnam sustinent, quam institutor sacrificiorum: at scientes, & consentientes etiam, ea fieri in suis prædiis citra eandem pœnam puniuntur. Adde, quæ scripsi plura ad titulum *de*
ω *Cicero pro Clue.* *maleficis.* ω Adde, quod sic sæpè alibi, d Apud Quinctilianum, *nullum conscium meum.* e Apud Suetonium, vbi narrat de cæ-
d *Quinctil. decl.11.*
e *Suet.Nero. 43.Calig.56* dendis in vrbe Gallis post motum Gallia-

rum,

rum, *vt conscios popularium suorum, atque fautores.* Et apud eundem de conspiratione in Caligulam, *duo consilium communicauerunt, perfeceruntque non sine conscientia potentissimorum libertorum, præfectorumque prætorii,* &c. [f] Apud Tertullianum, *Non statim confessione rei contenti estis ad pronunciandum, nisi & consequentia exigatis, qualitatem facti, numerum, locum, modum, tempus, conscios, socios.* Sic plura. [g] Immò & pro auctore dicitur conscius. Dido ad Iunonem, *Tuque harum interpres curarum, & conscia Iuno.* Medea ad Hecaten, *cœptis conscia nostris, adiutrixque.* Qui solùm sciunt non sunt simul scii, itaque nec conscii, συνειδότες. [h] *Scius* secum, *conscius* cum alio scius est. licet *conscium* indifferenter positum legerimus. aiunt Grammatici. & verum est vtrunque. Sic Cicero propriè in Cluentiana, *consilia, conscientiasque facinorum supplicio dignas.* [i] *Aliter in Catilinaria prima, constrictam iam omnium horum conscientia teneri coniurationem tuam non vides?* & pro nudo sui cuiusque criminis sensu non semel in Catilinaria tertia, & in eadem pro Cluentio, *nullo teste, nullo indice, recentis maleficii conscientia perterritus.* Et alibi passim. Et verbum *conscire* Horatio, *Nil conscire sibi.* [k] Οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, apostolus. Cæterùm de consciis dum dicitur in tractatu criminum,

[f] *Tertull. apol.*

[g] *Virg. 4. Æneid. Ouid. 7 Metam.*

[h] *Non. de dif. dict.*

[i] *Manut. pro C. Rab.*

[k] *1. Cor. 4.*

& pœnarum, legere non memini pro sciis tantùm. l Conscii iidem sunt, & participes. vt probare adhuc possum alibi. Et ita ad legem hanc errauerit certè Bartolus. Participes autem possunt esse consilio, ope, opera. m Sic audis, consultores, fautores, auxiliatores. n Sic, complices, adhærentes, sequaces. Nec tu tamen in barbaris vocabulis quæras incertam aliquam distinctionem, quæ nec reperitur in Latina. o Audis etiam, arbitros, administros, adiutores, conscios. & administri dicuntur minus, quàm adiutores. Arbitri autem hîc ipsi sint fortè capita factionis: quasi qui habeant arbitrium totius rei. Hi dicuntur principales. p Et sunt principales, qui inuitant, conducunt, coadunant, vel conductis ab alio vtuntur. Qui conducuntur, sunt satellites legis. Atque sic habes de omnibus. At extra legem hanc si quæras de sciis, audisti, puniri eos mitius, quàm conscios. Sed (quod sic pro Bartolo) imò eadem teneri pœna scios, ostendi ex eo videtur, quod est apud Isocratem; q Μὴ καταϲιωπᾶτε, ἐάν τινας ὁρᾶτε περὶ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐμὴν πονηροὺς ὄντας. ἀλλ' ἐξελέγχετε, καὶ νομίζετε τῆς αὐτῆς εἶναι ζημίας ἀξίους τοὺς συγκρύπτοντας τοῖς ἐξαμαρτάνουσι, &c. r Facit, quod & Themisto-

cles

l l. 1. de Silan. Dec. c. 3. de off. del.

m Pan. c. 7. de imm. eccl.

n Ang. cons. 257.

o 2. ad Herennium vbi Lamb.

p Alex. 1. cons. 103.

q Isocr. Nicocle.

r Diod. libr. 21. Zos. lib. 4.

cles fuit damnatus, qui coniurationem non reuelarit Pausaniæ. Et quod Valens itidem sæuit in eos, qui coniurationem non reuelarunt. [s] Facit & iudicium exercitum contra Philotam: qui tantùm resciuerat de coniuratione in Alexandrum. Sed huic exemplo, itaque etiam aliis, & Isocraticis, Alciatus respondit, nihil habere hæc commune cum Philosophia legali. Illa autem quî tollemus, quæ itidem afferri pro Bartolo possunt ex lege Dei? [t] *Quũ audierit quis vocem blasphemiæ, cuius ipse testis sit, siue viderit, siue cognouerit: si non indicet, vtique feret iniquitatem eius.* [u] Indicasse est detulisse. Et quid respondeamus, nisi, iudicialia illa nec esse leges nobis? Sed & aliter alii legem illam interpretantur, non in sciente hoc nostro nec reuelante. Ego de eadem pœna nõ sum cum Bartolo. Sed Bartolum tamen sequentur pro certo tribunalia. An igitur sequentur etiam, quum de leui auctore quis coniurationem resciuit, aut aliter non credidit? Et Alciatus scribit, ne videri istum conscium, qui in conscientia nescierit, non crediderit. Et iudicium contra Philotam, qui de leui resciuerat auctore, & tamen damnatus fuit, idem condemnat. Facit, quod & impossibilem factu pueris

[s] Curt. lib. 7.

[t] Leu. 5.

[u] l. 197. de V.S.

x *Ang.l.17. de ad.ed.* rem credere Philota potuit. x ait autē Angelus, quod nec ipſi coniurati tenentur, ſi rem omninò impoſſibilem tentarent. y Dicebat Calauius filio, necem Annibalis cogitanti, *Vnus aggreſſurus es Annibalē? Quid illa turba tot liberorum, ſeruorumque? Quid in vnū intenti omnium oculi? Quid tot dextræ? Vultum ipſius Annibalis, quem armati exercitus tremunt, quem horret populus Romanus, tu ſuſtinebis?* Quæ de Alexandri multa dicere ad pueros illos coniuratos in Alexandrum potuit Philota magis. Ego hîc à ſententia Bartoli non diſceſſerim. Alexandri pater Philippus, non minor Annibale, cæſus à puero, medius inter generum, & Alexandrum iſtum. Hecuba autem apud Euripidem, dum audet cædem Thracii regis per manus fœminarum, audit autem, καὶ πῶς γυναιξὶν ἀρσένων ἔσται κράτος; Reſpondet veriſſimè, δεινὸν τὸ πλῆθος ξὺν δόλῳ τε δύσμαχον. Illa mouent me valdè, quæ dicta contra Philotam, *In ſuo quemque periculo magnum animum habere debere. cùm de ſalute regis ageretur, credulos eſſe debere, vana quoque deferentis admittere.* Ecquid ſibi is iudicium ſumit de iudicio, aut de tota coniuratione? At Alciatus addit, quod qui hîc accuſat, ſi non & probet plenè, ſubiicitur tormentis. iniquum igitur ſit, compelli huc hominē qui

y *Liu.libr.3.*

qui de leui iudicio nouit tantùm. At ego, quid non & tantum ſubeat ſubditus pro principe ſuo? Quanta pro amicis, pro aliis coniunctis ſubimus diſcrimina in periculis eorum; imò in appetitionibus neſcimus quibus? Cæterum neque hîc eſt quæſtio de accuſando, ſed tantùm de reuelando. [z] Et verò Alciatus ipſe ſic reſpondet alibi. & ab illa communi opinione recedit, quod non teneatur reuelare, qui non poteſt probare: puta, quia eſſet ſibi reuelatum in ſecreto. [a] Idem reſpondet Igneus, qui tractat totam quæſtionem (vt audio) latiſſimè, & Aldobrandinus cum eo, aliud eſſe reuelare, aliud accuſare. [b] At addi adhuc poteſt, quod edictum in genere contra ſcientes, intelligitur de potentibus probare. quod & ad hanc legem quidam notant. Sed hoc ad hanc legem eſt falſum. De correctione fraterna verum eſt, ne ea fiat coram multis, niſi ſit peccatum coram multis, itaque & neganti probari poſſit. item verum in accuſatione eſt. Et in his terminis loquuntur canones Decreti, qui citantur. Non ſequor iſtam limitationem. Sed nec alteram ſequor, vt ſi de re leui ſit coniuratio, & leuis præiudicii, eam reuelare non teneamur. [c] quàm tradit nouiſſimè Cephalus. [d] Nam (ego reſponderim) *quod aliis viliſſimum*

z *Alc. §. Cato.*

a *Ald. Dec. c. 1. de off. de leg.*

b *Rip. de pe. p. vlt. Ceph. conſ. 462.*

c *Ceph. conſ. 75.*

d *Iul. Nou. 69.*

eſse videtur, hoc aliis pretioſiſſimum eſt. Et quamuis res, de qua agitur, minima videatur; tamen iuſtitiæ ratio non ex quantitate, ſed ex ſuis regulis æſtimari debet. e Χρὴ τὴν γνώμην ἔχειν, καὶ μὴ τοῦτο σκοπεῖν, εἰ μὴ σφόδρα συνέκοψαν, ἀλλ' εἰ τὸν νόμον παρέβησαν, &c. Apud Iſocratem. f Et apud Demoſthenem, quod iuſtitia, ſiue in paruis, ſiue in magnis rebus violetur, eandem habet vim. Nihil exiſtimant reges leue, & nihil eſt leue in re regnorum. Non ſequor neque tertium eiuſdem Cephali, vt ſubditus non teneatur reuelare, ſi reſpectu coniuratorum non ſit crimen maieſtatis. puta, Gallus in Anglia coniurari audiat ab Anglis contra regem Galliarum. g Quod mihi diſplicet: quia furti tenetur, qui opem tulit vxori alienæ furanti: etſi ipſa vxor non tenetur furti. h Et eſt vxor adultera, quæ viuit ritu meretricis: etſi alter, qui cum ea coit, non ſit adulter. Non ſequor nec quartum, vt non ſubditus ipſe reuelare non teneatur. i quod Angelus ſcribit tamen. Niſi iſtum non ſubditum intelligis non ſubditum omni modo. puta, Gallus in Gallia audit de coniuratione illic in regem Angliæ. Et hoc etiam caſu videndum erit, ſi rex Angliæ fœderatus regi eſt Galliæ. nam per coniurationem in regem Angliæ læditur

e *Iſocrat. co. Loch.*

f *Demoſth. Phil. 3.*

g *l. 36. de fur.*

h *Caſtr. conſ. 289.*

i *Angel. 2. de par.*

læditur rex fœderatus. Itàque qui non reuelauerit homo Gallus teneri poteſt. Et de eo dixi in alia diſputatione. Quomodo autem cunque ſit quis ſubditus ; erit hîc obſtrictus ; vt ego cenſeo. qui illam non teneo ſubtilitatem, [k] Alciato notatam pro rege Roberto ; qui non eo modo ſubfuit poteſtati imperatoris, quod in eum crimen læſæ maieſtatis commiſerit. Non ſequor quinctum, [l] quod tenent omnes, vt patri parcatur, qui nõ reuelauit. Omnes enim omnium charitates vna patria complexa, & ſupergreſſa eſt. [m] *Paterque gnatos noua bella mouentes ad pœnã pulcra pro libertate vocabit.* Et maior eſt ratio, vt iſte ſcius pater hîc puniatur, quàm filii innocentes, qui hîc puniuntur. quod idem Angelus aduerſus ſcios omnes rectè admonuit. Supereſt mihi pars poſtrema:

SANE SI QVIS EX HIS IN EXORDIO, &c.] [n] Pręmia dantur, ne teneat eos pudoris vinculum. Neque enim ſciunt illud omnes dicere rectiſſimè, [o] *Praſtare fateor poſſe me tacitam fidem, ſi ſcelere careat. interim ſcelus eſt fides.* [p] Alibi verò præmia dantur reuelatoribus. Sed hîc nota, & quod de exordio, & quod de ſtudio veræ laudis dicitur : item, quod caput factionis venia tantùm donatur. [q] Scilicet

[k] *Alc. l.* ea hoc iure.

[l] *Decian.* 3. *conſ.* 88. *Od.* 1. *conſ.* 27. *Syl. nu. p.* 1. *nu.* 59.

[m] *Virg. Æneid.* 6.

[n] *Card.* 4 *de ſap.*

[o] *Sen. Her. Oet.*

[p] *cap.* 1. *de ſimo. c.* 1. *diſtinct.* 79.


[q] *l.* 6. *de publica.*

inter criminis reos, & fraudis participes multum est. Cæterum datur venia huic capiti, etsi serò reuelanti. Et nec ei additur de studio laudis. Credo, quia sine capite perfici coniuratio non possit: vt potest sine consciis. igitur periculum in mora consciorum est: in mora capitis non est periculũ. Vti factione est esse caput. vt antea definiui. Et ab isto nec exspectatur studium laudis: cui nec præmium promittitur. At verò quando definimus exordiũ? Certè ex quo non inita factio, sed ex quo venit in factionem is, qui nunc reuelat. vt frater scribit. Sed & hoc quantæ latitudinis tempus est? Indeterminatum relinquitur determinandum arbitrio iudicis. Et hoc potest esse periculosissimum. Potest & videri positũ captiosè in lege: item, quod de laude: item, quod de incognita factione. Nam si promissa his non præstanda volunt aliqui: & aliqui docent aliter corrumpenda, quid fiet iam, vbi responderi potest, non in exordio reuelatam? nõ reuelatam studio veræ laudis: non reuelatam adhuc incognitam. [r] De principio temporis, quod dicatur, item de principio rei alius, tradit Bartolus: quem sequuntur alii communiter. Et igitur respõdendum videtur cum eo, exordium temporis hîc esse in primo die: quoniam tempus

[r] *Bar. §. 1. si quis ius d. nõ obt. & l. 3. de fur.*

pus coniurationis non habet partes, vt in prima parte possemus exordium constituere. Et sic de primo die lex loquitur in Anglia. Aut verius illud erit in lege nostra exordium, quod ante omnem apparatum est. vt immò sic distinguitur coniuratio in consultando, apparando, exequendo. Aut sit tutissimum, si nulla dilatione interposita reueles.[s] Id alibi traditur. Cogita, Caue, Celera.

[s] Pan. c.13. de haret.



DE EXTRANEO LÆSÆ MAIESTATIS REO.

DISPVTATIO V.

QVæritur, si non subditus contrahat crimen maiestatis. Et non subditus appellatur, qui extraneus, vel externus dicetur Latinè. Subditus enim Latinè nihil sit aliud, quàm suppositus, & clam submissus.[a] vt notat vir Latinissimus, non solùm θεολογώτατος,[b] & vt sic, subditus partus, qui suppositus.[c] & subditiuus Amphitruo, qui mētitus.[d] Iudex autem subditus non ille quidem falsus, sed datus tamen loco alterius. Externus is est, de quo quæritur, qui non

[a] Bez. Roman.2.
[b] l. 19. de fals.
[c] Plaut. Amphit. sc. be. nè.
[d] l. 60. de iudic.

de imperio eius Principis est, in quem dicitur maiestatis crimen admissum, [e] vt ita Virgilius peritissimè, *Omnem equidem sceptris terram, quæ libera nostris Dissidet, externam reor.* Peritissimè secundùm ius: vtcunque loquitur illic mulier, nec affecta benè. [f] nam alii contra, ὁπόσοι τῶν ἡμετέρων κατεχῶσι σκήπτρων. [g] Sic externi, qui fœderati, & liberi: omnes, qui de imperio non sunt, non subditi Romano imperio. Extranei videntur alii esse. [h] si relinqui extraneis testamento potest, externis non potuit. At lata nominis *extranei* significatio aliàs & complecti externum potest. [i] Certè qui eiusdem prouinciæ non sunt, extranei nominantur.[l] & ἀλλοδαπήν sic terram extraneam reddit vetus Nouellarum interpres. Ἀλλοδαπός, ex alio solo, alienigena. Contra ὑπήκοοι in eadem Nouella subiecti apud eundem interpretem: subditi apud Haloandrum. [m] *Subditos, quos Græci* ὑποτεταγμένους, ad edictum quoddam regis Galliæ Cuiacius. ὑφ' ἡμᾶς τεταγμένων, eadem Nouella. [ω] Sed & ὑπηκόους alibi. ἡμετέρους ὑπηκόους. meliores dixerunt ἀρχομένους. [n] *Subditus, atque subiectus*, Ambrosius. At de verbo satis. In quæstione autem proposita teneo ego, ab extraneo, à non subdito contrahi crimen istud maiestatis. Nam

e *Virg. Æn. 7*
f *Nou. 69.*
g *l. 7. de capt. l. 13. qui te. fa. po. vbi Cuiac.*
h *l. 9. 11. C. de her. inst. Vlp. tit. 22.*
i *l. 3. de off. præs.*
l *Nou. 69.*
m *Cuiacius cons. 3.*
ω *Nou. 26.*
n *Ambr. 2. de fi. 4.*

Nam sic probat non vno modo lex quincta Codicis *ad legem Iuliam maiestatis*. Ecce, inquit, *Quisquis cum militibus, vel priuatis, vel barbaris*, &c. o Generale autem est verbum QVIS. quod intelligitur in infinitum. Geminatum est, QVISQVIS. p quod nec de habilitate restringitur. vt itaque lex, quæ tradit, promittentes dotem obligari, cuiuscunque sint conditionis, etiam de filiisfamilias, etiam intelligitur de clericis. Geminata dictio maioris est virtutis, quàm vniuersalis. trahitur ad incogitata. inducit casus, qui aliàs comprehensi non essent. & id genus alia facit, quæ vbique cantantur à nostris. Huic autem rationi addo secundam ex alia lege. Audi: q *Præses prouinciæ in sua prouincia homines tantùm imperium habet. interdum & aduersus extraneos homines, si quid manu commiserint. nam & in mandatis principum est, vt curet is, qui prouinciæ præest, malis hominibus prouinciam purgari.* NEC DISTINGVITVR, VNDE SINT. Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. r vt ita ad vulgare istud etiam lex ista citatur. Et in quæstione, si in facinorosos animaduertitur, nec distinguitur, vnde sint, etiã iste externus hîc tenebitur. *Et ad-*

o *Io. And. c. 16. de accus.* *l. 1. de leg. pra.*
p *l. 41. cum gl. de in. dot.*
q *l. 3. de off. præs.*
r *Io. And. c. 8. de vo. & vo. red.*

uersus extraneos, ipsa inquit. Tertiò faciunt etiam verba sequentia, *cum militibus, vel priuatis, vel barbaris.* a Nam barbari in legibus Codicis sunt isti externi. & ea in lege (vt ibi dico) barbari certè alii non sunt. Nunc dico hîc quartam rationem. quę hæc est, quod aut censemus, legislatores, Archadium, & Honorium non potuisse lege sua obstringere externos; aut noluisse. Nos censemus, & potuisse, & voluisse. ergo adstrinxerint. Atque de voluntate quis dubitet? Adeamus, rogemus omnem principem hanc quæstionem, si vellet quisque, se hac lege munitum contra omnes, etiam externos? Quod si quilibet sic adfirmaret princeps: non adfirmauerint etiam hi nostri legislatores? t Habetur autem pro disposito id, quod verisimiliter fuisset dispositum, si disponens fuisset de eo interrogatus. vt regula aurea dicitur, atque obtinere in omnibus dispositionibus mundi. θ Adde, quàm sunt hîc multa statuta contra regulas iuris omnis, & contra omnem propemodum rationem: vt salus vna principis sit magis in tuto. z Hic accusatores, item testes, qui alibi non idonei. a Omnia dignitatum omnium priuilegia hîc cessant. b Inquietantur etiam mortui. Quid pœnas, quid alia anomala sexcenta recitem?

a *Alc. C. de palat. sacr. larg.*

t *Zas. §. actionum. Inst. de act.*

θ *Decia. 7. pr. 37.*

z *l. 7. l. 8. ad leg. Iul. ma.*

a *l. 3. l. 4. C. ad leg. Iul. ma.*

b *l. vlt. D. l. 6. l. vlt. C. eo.*

quæ voluerunt legislatores pro principali securitate. Et negemus, adesse voluntatem, puniendi exterum? Sed & potestas hîc ad est.[c] quia certissimum sit, sortiri nos forum, ac subiici iurisdictioni, cùm contrahendo, tum etiam delinquendo: etiam qui aliàs, veluti peregrini, non essemus subiecti.[d] *Fiunt apud nos rei ex ciuitatibus fœderatis: & in eos damnatos animaduertimus.* cũ tamen *fœderati, & liberi nobis externi sint*. etenim *liber populus est is, qui nullius alterius populi potestati est subiectus.* Et his ego contentus sum pro parte hac. Nisi enim contraria probetur potenter, vincet hæc, quæ fundata in regula est. Et verò pars altera non probatur:[e] quæ est communis tamen. Ecce dicamus rationes eius.[f] Magistratus extra territorium velut quilibet alius est, non est magistratus. Sed cum extraneis magistratus est extra territorium: neque enim ciues hi sunt, neque pars ciuitatis:[g] cùm sit territorium vniuersitas ciuitatis. Ergo cum extraneis non est magistratus: Et idem est de principe. Et igitur qui extraneus lædit principem non magis tenebitur maiestatis lęsæ, quàm si aliũ quemlibet læderet. Atque argumentum hoc vanum videant omnes sanè. si verum vident, quod de contrahendo foro dictum est. &

c *l. 19. de iudic. c. vlt. de fo. comp. Aret. Alc. l. 1. C. de su. tri.*

d *l. 7. de capt.*

e *Cla.* §. læsę maiestatis. *Decianus 7. pr. 8.*

f *l. 3. de off. præs.*

g *l. 239. de V. S.*

quod hîc ſtatuimus principem non extra regnum ſuum. Si læderetur princeps extra regnum ſuum à non ſubiecto ſuo, argumentum procedat.[h] Secundum argumentum ſit, quod valdè pœnalis, & odioſa res eſt hoc crimen, & itaque intelligendum ſit ſtrictiſſimè: & ne inuoluantur in eo niſi, qui expreſsè notati ſunt. Cui itidem reſpondetur facilè, quod externi notati ſunt expreſsè. vt oſtenſum eſt. Item, quod etſi ea ſit regula de pœnalibus odioſis reſtringendis:[i] tamen ſint eiuſdem regulæ limitationes multæ, & illa vna, quod immò vbi de criminis vindicta agitur, fit extenſio in pœnalibus ad caſus ſimiles, & ad alias perſonas. fit extenſio ex ratione legis expreſſa. fit, ſi quid abſurdum aliàs ſequeretur. Et id genus plurima.[k] de quibus ipſe quoque reſpondi alibi: & ſcripſi, pœnas immò eſſe fauorabiles, quæ ſunt pro publica vtilitate; item ſi in prohibendo ſit fauor. Atque hæc omnia aptes hîc nullo negotio. & diſſolues argumentum hoc ſecundum.[l] Eſt tertium, quod maieſtas non ſit cum non ſubdito. quæ ſcilicet eſt maior poteſtas ex ipſo nomine: poteſtas verò cum non ſubdito non ſit. & ita diſputat in quæſtione Albericus. Sed ego non concedo, Alberici alluſionem, *maieſtas*

h *Ceph. conſ. 75.*

i *Alc. lib. 2. de V.S.*

k *Alb. 5. de nupt. 10.*

l *Alb. l. 5. C. ad l. Iul. ma.*

ieſtas quaſi maior ſtatus, habere vllum omninò robur. [m] quia ab alluſione vocabuli nullum ſit argumentum. & neque deceat, in re iſta adeò ſeria luſionibus dare locum. [n] Etymologia autem huius nominis eſt à magnitudine. Et à maiore dicitur maieſtas, ſicut ab honore honeſtas. quæ de veteribus Grammaticis melius afferunt recentiores iuris interpretes. [θ] *Omni virtute viritior, maieſtate omni maior*: TERTVLLIANVS. Nec mihi neges, eſſe cum externo magnitudinem, maioritatem, itaque maieſtatem. [o] nam immò externus conſeruare dicitur maieſtatem alterius principis: quæ ſi non eſſet, eius conſeruandæ nec induci ratio poſſet. Et ſi hæc ratio induci pacto poteſt, etiam poteſt lege obligante externum maieſtati. obligauit autem lex: quoniam & voluit, & potuit: vt expoſitum eſt. ipſeque Albericus concedit, quod, ſi adſit intentio legislatoris, externus lege adſtringitur. Et ſic ſolutum eſt hoc quoque argumentũ, licet maieſtas eſſet maior poteſtas. quoniam & poteſtas hîc eſt: aut intentio nihil efficeret. Argumentum autem quartum, quod eſt huius opinionis fundamentum, Clementina producitur ſecunda tituli *de ſententia, & re iudicata*. Vbi apertè

m *Non. Inſt. de teſta.*

n *Duar. ad l. Iul. ma. c. 1. Bodin. 1. de rep. 8. Decia. 7. pr. 1.*

θ *Tertull. de Trin.*

o *l. 7. de capt.*

negat Clemens Papa, committi crimen maieſtatis à non ſubdito. Verùm quæ eſt Papæ tanta poteſtas, vt in his etiam rebus politicis poſſit leges aliis principibus ponere? Quid, quum lex Cæſaris contra conſtituit? Illa an non ridicula huius Clementis? *Nos tam ex ſuperioritate, quam ad imperium, non eſt dubium, nos habere, quàm ex poteſtate, in qua vacante imperio imperatori ſuccedimus: & nihilominus, ex illius plenitudine poteſtatis, quam Chriſtus, rex regum, & dominus dominantium, nobis, licet immeritis, in perſona B. Petri conceſſit*, &c. Triplex hoc ius poteſtatis falſum liquidò nobis eſt. Et igitur nullum fulcrum Pontificiæ poteſtatis hîc eſt. Hoc primùm. Tũ dicimus, vituperari Clementinam etiam vt per ſe iuridicam minus. [p] *In illo capitulo ſunt quædam dicta, quæ ſapiunt, & quædã, quæ non ſapiunt veritatẽ iuris*: inquit Baldus. [q] *Parum intellexit conditor illius capituli*: ait Florianus.[r] Et ad idem Cynus: *Pertranſeat cum aliis erroribus Canoniſtarum*. Sanè nihil iſti exprimunt in quæſtione noſtra: verùm in alia, ſi citatio fieri non poſſit eius, qui extra territorium citantis eſt. Attamen ſit ſuſpectus in præſenti quoque quæſtione, qui erroneus notatus in aliis eſt. Feſtiuus autem ſolens eſt Bartolus, qui aduerſus Cynum ſic ſcri-

p Bal. l. 10. C. de op. lib.

q Flor. conſ. 20.

r Bar. l. 1. de int. & releg.

ſcribit: *Ego cõſueui tenere illam decretalem, tamquam exiſtens in terris eccleſia*[s]. Quemadmodum & quum diſputat de donatione Conſtantini: *Videte, nos ſumus in terris amicis eccleſiæ: & ideo dico, quod iſta donatio valeat.* Et hoc ſecundum. Addo tertium ex eodem Baldo, quod *Papa ibi fuit partialis magis, quam apoſtolicus.* [θ] Et ſic hiſtoricus quoq;, quod plus imperatoris odio, quàm iuriſprudentiâ. Non audis etiam ipſum Papam? Quâ honoris, aut amoris præfatione appellat imperatorem? Quibus non proſcindit conuiciis imperatoris ſententiam? quod *proceſſit à nouerca iuſtitiæ, voluntaria ſcilicet iudicantis præcipitatione, à manifeſta temeritate promulgantis, non iure, immò nec iuris colore, & perperam mittentis falcem in meßem alterius.* At altera pars, *chariſſimus filius, noſter ſubditus, homo ligius, & vaſallus*, &c. Tu iudici inimico credes quidquã? [o] Tu illum Papam neſcis inimicum imperatori? Ille etiam mortui memoriam perſecutus. Et imperator veneno extinctus à Dominicano ſacrifico cum euchariſtico pane in Hetruria. Sed tenendo & auctoritatem, & iuſtitiam Clementinæ, reſpondeo adhuc quartum, eſſe illic caſum valde ſpecialem: deque eo confectam malè definitionem generalem, ne teneatur maieſtatis, qui non ſit ſubditus. Rex illic damnatus

s *Bar. pri. eo Dig.*

θ *Hot. de feu. tit 60.*

o *Ann. Steronis item Henrici.*

maiestatis est ab imperatore. Negat Papa, damnatum benè, *quod imperatori eo modo non subfuit, quod in eum crimen læsæ maiestatis commiserit.* Quid est, *eo modo*? est, ita; quia homo ligius erat ecclesiæ, rex sub ecclesia. vt ibidem dicit Clemens. & quoniam igitur rex ligius alterius principis non est subditus alterius hoc ipso nomine, quoniam rex ligius alterius est: etiam alius vir non talis nec censebitur fieri subditus alterius, in quem malum machinatur? *eo modo* est, quomodo dicebat imperator in sententia, quia rex *certum, continuum, & notorium haberet domicilium in imperio, ac originē inde traheret.* u Quando autem causæ, & rationes, allegatæ in sententia, veræ non sunt, sanè vitiatur sententia. Et itaque consulunt omnes, ne exprimat iudex causas: ne viam aperiat impugnandi sententiam, si probentur causæ falsæ. Et quamquam verum est, nihil eorum esse in sententia imperatoris, quam exscriptam legis Alberico in illa lege quincta; etiam & in Clementinæ quodam manuscripto nec esse verba sic scripta, quæ dicant, latam sententiam ex illis causis, quas falsas Papa notet: tamen libri, quibus vtimur, habent sic; & sic potuit Papa ex aliis actis habere, aut ex solenni more papa-

u Decian. 1. cons. 56.

paparum mentiri. Mihi hoc ſtat certum, reprehendi ſententiam imperatoris propter falſam cauſam adiectam. vt tota illa Clementina ad hæc reſpicit, quæ ſunt extra merita cauſæ. Tu verò vide, ſi concluſio, de qua diſputamus, illinc habetur. Ecce: Sententia, quæ damnat maieſtatis hominem, quia ſubditus eſt taliter, iniuſta eſt, ſi ille ſubditus non eſt taliter: Ergo non ſubditus nec damnari poteſt maieſtatis. Ridiculè. Etiam iſta non tenet conſecutio: Sententia, damnans veluti ſubditum, iniuſta eſt, ſi non ſit ſubditus: Ergo non ſubditus nec damnari poteſt. Scilicet non eſt vitioſa (ſic enim dico iniuſtam) ſententia, quia ſubditus non ſit, ſed quia hęc falſa cauſa dicta in ſententia ſit. Atque hæc reſponſio quarta non refutabitur. Illud, quod de mentitione dixi, adiungetur tertiæ: item, quod Albericus ſcribit, immò illum regem inde ex imperio originem traxiſſe. Alterũ, quod omnes nationes, ac principes ſubſint imperio, vanum Alberici commentũ, & aliorũ eſt interpretũ. Ego non dico. Alia ibi Albericus recitat, quæ dicta in vtramque partem fuerint Romæ, quum quæſtio de ea ſententia imperatoris etiam in articulo hoc noſtro agitaretur. Quod autem ſcribit, tum fieri quem ſubditum ex

delicto, & iudicari secundùm leges loci, quum de intentione legislatoris fuit, factum ipsum afficere,& omnem personam, quæ incideret in ipsum factum: hîc autem non sic esse, vbi mens, & intentio principis videtur, adstringere eos dumtaxat, qui sub imperii regimine distringuntur. id postremum & negatur nunc, & refutatum est in quarta ratione contraria: & non adfirmatur ex eo, quod in legibus aut aliquãdo compellentur nominatim subiecti, aut plurimùm subintelligantur. x nam & nec excluduntur alii, quum de quibusdam dicitur, de quibus quæri frequentiùs solet. Et iam satis responsum est Clementinæ. Ex eadem tamen nonnulla addo, sed in facto. y Quid si iste princeps, qui læditur ab extraneo, fœderatus est alterius, qui princeps est delinquentis? Tum lædit subditus maiestatem principis sui in lædendo fœderatum eius. Et ita, si regem reum læsæ maiestatis dixisset imperator, quia læserit ille se fœderatum papæ, cuius erat rex subditus, itaque contraxisset crimen læsæ maiestatis, benè dicturum fuisse,& futuram illam sententiam iuridicam, nec per eam Clementinam subuertendam, scripsit Bartolus, quẽ alii secuti sunt, & Decianus nouissimè. Atque dicitur ratio, quia cõfœderatio sit tantæ po-

x Rebuff. l. 1. de V. S. Acc. l. 2. prin. de vulg. Dec. Auth. cassa. C. de sa. eccl.
y Decian. 1. cons. 18. & 7. pr. 5.

tæ potentiæ, vt de duobus corporibus vnum faciat. Idem in commendatis, & qui sub protectione sunt: vt his offensis sit læsa maiestas eius, cui sunt commendati. vt apud Decianum. & sic in terminis limitant illam Clementinam. Nam de imperatore non negauerit Papa; eum sibi fœderatum, aut commendatum. Inter alios autẽ principes solennia hodiè fœdera sunt: & fratrũ nomina. Et sic potest illa confirmari definitio, quod offendens legatum, incidit in crimen maiestatis. quia legatus sit sub protectione. θ Doctores dicunt, quia, referat principem. Rectè. Et is videatur sub protectione. alioqui primum non sufficit. Etiam subditus rex ille pontificis, non feudi ratione vtcunque ligii, sed quia domicilium in terris feudi haberet. ω quo casu dico ego, & feudatarium obstringi crimine maiestatis: quemadmodum si originem inde ex hisdem terris haberet. Secundò limitatur itidem ex facto regula doctorum, & Clementina, ne contrahat extraneus crimen maiestatis, nisi si cum extraneo sint etiam subditi. nam & propter hos tenebitur maiestatis etiam ipse extraneus. z Sicut & parricidii tenetur, qui cum filiis in necem patris eorum conspiret. Cum subditis autem imperatoris conspiraſſe regem, imò

θ *Alc. rub. de off. ei. nu. 29.*

ω *Boss. tit. de crim. la. ma. Decianus 7. pr. 8.*

z *l. 6. de parricid.*

illos mouisse contra imperatorem, dicit imperatoris sententia, nec ausus est negare Papa. Et sic iustificari illam sententiam in casu illiusmet Clementinæ, censuit Igneus, & sequitur Decianus. quicquid (vt idem mihi refert Decianus) dubitet Gigas. Et ego sequor Decianum. quicquid video, Alberico non placere limitationem, & comparationem parricidii. a Addo autem pariter, quod si quis auxilium præstet alicui, facienti quid contra pacem, etiam ipse auxiliator tenetur ruptæ pacis, etsi non esset idem comprehensus in pace: quia scilicet principalis sic frangit pacem, & de pace fracta tenetur. Quæ præceptor meus Nonius cum pluribus aliis interpretibus docet. Atque additur: quod qualitates, quæ insunt à principio, tempore delicti, eæ inesse intelliguntur etiam auxiliatoribus, sicut ipsi principali insunt. b vt docet de his Bartolus, & ad Bartolum alii, & item alii alibi. & Albericus in illa lege quincta, quod qui iuuat alium in delicto, is idem crimen cum illo contrahit. & verò sic per eandem de parricidio definitionem. Etsi idem respondeat, id esse, quum æque subiicibilis est potestati legis condentis adiutor, atque est principalis.

a Non.cons. pen.Dec.cap. 1.de off.del.

b Bar.l.34. de fur.

palis. in proposito autem, vt extraneus auxiliator teneatur maiestatis, de non subiicibili agitur, siue potestatem, siue consideres intentionem legislatoris. Hoc tamen nos refutauimus. Sed aliud nunc quæretur, si qualitas auxiliatoris afficiat itidem principalem? Nec enim loquuntur doctores in casu hoc contrario. [c] Et de accessorio dicitur, quod non potest continere quid maius suo principali. [d] quod principale ab eo non vestitur. [e] quod accessorium debet regulari, non regulare. [f] quod non influit in principale. cum id genus aliis plurimis. Et itaque si non subditus ipse esset principalis, vt rex ille sæpius videtur, nec teneretur maiestatis, etsi auxiliator, & accessorius eius teneatur [g]. Cogito tamen, quod etsi hæc sit regula in accessoriis, ea tamen fallit nonnumquam, & ex accessorio infertur ad principale. Atque interim dico postremum ad Clementinam, quod si in districtu imperatoris fuisset rex inuentus, eum crimine hoc obstringi potuisse fatetur ibi Clemens Papa. item, si remissus eò fuisset. Ergo hanc habemus tertiam limitationem, vt non subditus puniri tamen possit ex isto crimine, si inuentus in territorio sit, aut sit eò

c Decian. 1. cons. 45.
d Ias. l. lecta.
e Soc. l. 14. C. de pact.
f Imo. l. 44. de vulg.
g Dec. c. 21. in fin. de off. deleg.

remiſſus. Sit igitur, vt ſententia in abſentem non ſubditum ferri non poſſit: an etiam nec feretur in præſentem? Et verò potior pars illius iuris Clementini verſatur iſthic, quod ſententia lata in abſentem ſit. Illud nihil refert, an deliquerit in diſtrictu.
h Clar. §. fi q. 38. h Etenim quum quis de vno territorio iaculatus interficit alium in alio territorio, etiam in loco perfectæ cædis punietur. vt eſt communis opinio. Et itaque locus delicto deſtinatus ſubiicit ſibi delinquentem. Etiam, qui Senis ratificauit homicidium, quod fuit Florentiæ patratum, Florentiæ puniri poteſt, quæ recepta item ſententia eſt. Item delicti confecti locus punit, non mandati. vt tradunt quoque communiter apud Clarum.
i Bar. l. 34. de fur. i Scilicet obligatio tum naſcitur, quum delictũ abſoluitur, non quum fertur auxilium. Et ſic plurimæ ſunt cauſæ ſortiendi forum.
k Decianus 4. pr. 3. k Et ſupra centum enumerantur à nonnullis. Et ſic igitur concludo, etiam extraneos obſtringi crimine maieſtatis non ſecus, ac obſtringuntur ciues. obſtringuntur extranei ferè, ac ciues: vt de iure etiam canonico euictum eſt. obſtringuntur ſæpè: vt ipſi etiam interpretes concedunt. Putẽ ego, nec ſeruari vbique ius illud canonicum, ſed ſæpius puniri extraneos cum ſubditis pariter.

ter. Vidi autem, hîc in Anglia ita fieri cum duobus Lusitanis. Nam tertius præterea erat domicilio Anglus, & principis medicus. Quæ aliorũ instituta faciunt Clementinum vanum ius esse; aut ita intelligi, ne disparem legem posuisse suis, & extraneis videatur. l Firmissima enim est interpretatio à secuto vsu. Ad casum autem illum regis non subditi afferunt interpretes alium de clerico, qui non subditus principi vlli laico, nec contrahere crimen maiestatis possit. At duplex tamẽ hîc notatur quæstio. vna, si Clericus hoc admittat crimen, qui lædat principem laicum, altera si puniri possit à laico. Et in priore dicit Clarus, referre Gomesium, quemadmodum Cardinalis Alexandrinus communem ait opinionem, ne Clericus crimen istud admittat, quia verè subditus nec sit. Et sermo est, etiam quum contra principem suum laicum machinatus aliquid est Clericus. m Cæterum idem Cardinalis, qui & Præpositus audit, citatur à Deciano, quod immò comprobet, & teneat contrarium, & pro contrario communem esse opinionem scribat. Videndus ipse est Cardinalis. n Clarus vix est vt reperiatur mendax in suis attestationibus: inquit doctor meus Oddus. o qui aduersus Deciani quoddam consili-

l l. 23. de legib. Bar. l. vlt. in fi. ad Vell.

m Decia. 43 pr. 9.

n Odd. conf. 63.

o Odd. conf. 41.

um, quod omnes ab eo citati dicant contrarium. Practica autem Deciani ſit adhuc
p Decia. F. praef. ſuſpectior: p quæ nec ſupremam habuit manum eius, & imperfecta prodiit poſt mortem. In quæſtionis veritate inquit Decianus, videri veriorem ſibi opinionem adfirmatiuam. Sed quia illic non eſſet locus,
q Decia. 7. pr. 8. ideò præteriret. q Alibi ſuo loco tractat ſanè: at tenet negatiuam, vti veriorem de iure: licèt de facto in notoria rebellione eadem non ſeruetur. Ergo mitto hos ego autores. quæro de iure, & quidem canonico. nam de alio non ſit dubium. Et eximit quidem canonicum ius à ſpeciali iuriſdictione ſæcularis principis & clericos, & clericulos, ſed non à diſtrictu tamen. vt idem docet Decianus, & ſic quoque allegat Oldradum. Si autem Clericus ſub diſtrictu eſt, etiam hoc crimen contrahet. Sed nec diſputo quæſtionem, quam idem Præpoſitus dicitur diſputaſſe ad partes, & reſpondiſſe argumentis contrariis. & quam ſpernimus nos cum tota auctoritate canonici iuris. Suſpicor, Præpoſitum nobiſcum ſtare: quem Decianus certè legit: an Clarus legerit, neſcio. In poſteriore autem quæſtione, an puniri clericus poſſit à laico etiam
r c. 23. de ſent. excom. eſt dubium. r Cæterum & iure canonico, quicquid contendant Canoniſtæ, videtur
certum,

certum, quod possit & puniri. Nam falsissimus est sensus, quem illi iuri quidam affingunt, quod non loquatur illic de clerico constiuto in sacris, vbi de ea esse punitione asseritur. cùm enim loquatur de sacerdote, vtique loquitur de clerico constituto in sacris. Quid præterea, deseruntur hìc clericuli, & alii omnes infra sacerdotes? Etiam falsus communis intellectus est:[s] vt vt Clarus eum fulcire tentet: contra quem & alii stant non pauciores. Ego & de hoc mitto. Abeant in pessimam malam crucem religiosi isti, qui per suam religionem despuunt Christos Domini. sunt irreligiosi, antichristiani. [t] Atque si ea est laus religionis Christianæ, quod omnes subiicit principibus, & cum omni politia stat, certè hæc papistica est antichristiana, quæ subtrahit etiam naturalibus principibus tot, quot fiunt clerici: & nullo cum statu stare potest, quin mittat sub iugum Romani pontificis omnem. Non iam agitur de religione, agitur de iurisdictione. Credis, papista, purgatorium, intercessionem sanctorum, merita operum, id genus alia? Religio est tua impiissima. Nemo te tangit, tantum abest, vt cruci suspendat, flammis tradat. quod conquereris falsissimè, & impudentissimè. Sed quod Papatus facit no-

s *Clar. §. fi. q. 36.*


t *Orig. 4. aduersus Cels.*

nobiſcum, ſi nos illa non credimus: ſi non credimus ridicula Franciſci Aſſiatis, fœtentia reliquiarum, alia ſtolidiſſima mille. At credis, papiſta, iuriſdictionem vllam papæ in regnis aliorum principum? agnoſcis ſacerdotum eius vllam iuriſdictionem: hos ſuſcipis ſacerdotes, quibus & ſubiicis te? Iuriſdictio iam agitur. Propter iſtam læſam plecteris. Quod ſi reſpondes, religionis tuæ partem eſſe hæc iuriſdictionis: audi: tuam incuſes religionē, quæ ſic ſit contra Chriſtos Domini; non hos Chriſtos, qui tuentur, ſuam iuriſdictionem, quam tenent à Domino. Longè, longè has peſtes, hos rebelles à tua Britannia magna, & ab aliis regnis tuis, magne REX. Non ſolam ELISABETHAM, ſed te ſequere, ô REX.



DE PRINCIPE EXTERNO.

DISPVTATIO VI.



EGo ad nobiliorem diſputationē pergo de rege, aut principe alio, qui ſubditus tibi nō ſit, ſi is contra te aliquid moliretur, quod tentatum ab alio extraneo, eſſet crimen

maie-

maiestatis, an & iste rex, aut princeps alius teneretur eodem vinculo maiestatis: Et hîc ego defendam quoque iustissimam principum iurisdictionem, & adfirmabo audenter. Neque dicam tamen exempla, quæ scio hîc: [u] Cleomenis regis Spartanorum, qui iamque mortuus affixus, & relictus cruci fuit ab Ægyptio rege: Ludouici vndecimi Galliæ, qui in arctam custodiam coniectus à Carolo Burgundo, vt est apud Comminæum: aliorum, quorum alii meminerunt, & puto tamen vix duorum adhuc. Quid mirum, si paucissimi huc deuenerunt reges? Ecquid tamen si in re infrequentissima à pauculis exemplis ius poneretur? In præcedenti quæstione de clericis sunt certè exempla plurima punitorum à laicis: etiam vbi ius canonicum valet. vt habes apud Clarum, & Decianum. Nam vbi ius istud non obtinet, nec dubitetur. [x] vt in Gallia. Quum erat nullum, dubitetur multò minus [y] vt quum iure nouellarum Iustiniani responderent clerici de criminibus omnibus coram seculari. Quid mirum, si frequentia sunt clericorum exempla, si est pestis illa frequentissima? si est pestis pestilentissima, malefica, rebellis? Sed maneo cum principibus. & adhuc dico, nescire me, nisi vnum illud exemplū Ludouici, quum

[u] *Plut. Cleom. Pauf. li. 1.*

[x] *Papon. lib. 1. arr. tit. 5.*

[y] *Cuia. c. 4. de iudi.*

rex liber custodiæ tantum traditus fuit ob eiusmodi facti suspicionē. Nā Cleomenes desierat rex esse, regno pulsus.[z] Vt id ita docent, qui aiunt, rebellione subditorum perdi possessionem, si principem expulerint illi de territorio, vel ceperint, vel in carcere posuerint. Et id ego verum putem in isto tractatu quoad alios principes: etsi ad subditos ipsos rebelles scio falsissimum. [a] Sic autem & responsum fuit Eduardo Angliæ à Gallo rege, eum de regno pulsum sibi regem non videri. Disputatio est meà de rege, qui regnum tenet apud suos. Nec disputo de regibus bello captis. [b] quorum exempla plura sunt, & ius certum. Non disputo de regibus subditis. quorum & certa exempla possim referre. atque in hoc refutare illa Plutarchi: [c] *Antigonus, Iudæorum rex, securi percussus ab Antonio. id, quod nulli regi antea contigerat.* Etiam nec disputo de principibus, reis factis apud suos. quod ego improbo in principibus, quos *absolutos* vocamus. & quorum damnatorum à suis itidem numerus est. & Tacitus de quinque primis imperatoribus intelligetur, aut falsus ipse etiam est, dum ad Neronem scribit ex ore Galbæ: [d] *Neque erat adhuc damnati principi exemplū.* Postea secuta sunt plura, saltem in mortuos, maxi-

[z] *Alexan.* 5. *cons.* 94.

[a] *Alb.* 3. *de iu. bel.* 23.

[b] *Alb.* 3. *de iu. bel.* 8.

[c] *Plut. Anto.*

[d] *Tac.* 1. *hi.*

maximè in seditionibus orientalis eius imperii. Sed & in occidente facta non pauca. [θ] Quid cum Brunichildi Francorum? Quid cum Iohanna Neapolitanorum? Quid cũ aliis? Ea nihil nunc ad nos. Facit autem mihi difficultatem in quæstione, quod docui in secundo libro de legationibus, non teneri legatum ciuilibus eorũ legibus, apud quos fungitur legatione, & nec illa lege quincta Codicis ad legem Iuliam maiestatis. Vt minus fuerit sub eadem lege faciendus princeps, qui molitus aliquid contra principem, apud quem est, vel in cuius territorio est. Legatus huius principis externi reus non fiat, ipse princeps externus reus fiat? [o] οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ, οὐδὲ ἀπόστολος μείζων τοῦ πέμψαντος αὐτόν. Et verò de principe etiam Clementina sic concesserit: vt exposui. Cæterum, quas ad legatum illic attuli rationes singulares, cur legatus his legibus nõ sit obstrictus, eę tales sunt, de quibus non idẽ in principe cõsequatur. Etiam considera nunc, quod qui princeps venit in alienam terrã, is imò ita putat, subiici se legibus, & principi terræ, vt neq; cõmittat illuc se, quin cautũ fide publica sit sibi prius à principe, in cuius venit territoriũ, se fore liberũ. Quod in legationib. nõ fit, quę etiã inter hostiũ arma sũt tutæ, & valde liberę. De

θ Gagui. lib. 2. Bod. 6. de rep. 5. Æmil. lib. 1.

o Ioh. 13.

quo quidem principis facto cuiusuis noratur, quod vident principes, non se ingredi liberos territorium alienum: qui audenter non proficiscuntur illuc, vt legati faciunt. Quî aliter? [e] Magistratus extra territorium priuatus est. [f] Princeps magnus in alieno territorio minor, imò priuata persona est hominibus aliis, extra territorium suum quilibet rex instar priuati. Et id genus alia. [a] Quæ ne fiant, curant principes illam sibi publicæ fidei securitatem. Atque communiter cum hæc sint principum cogitata, & gesta: par est credere, ius esse istiusmodi inter ipsos, tacitè inductum, moribus receptum, ne aliter principes censeantur in regno alieno, quàm si sic cautum ipsis est. Antiquum autem & videtur ius esse. [g] Ecce Æneas, ad Euandrum profectus, agnoscit, non satis prospexisse sibi, qui ante omnem illam cautionem adierit eum regem rex. *Non legato neque prima per artem tentamenta tui pepigi. me, me ipse, meumque obieci caput.* Seruat verò proximam alteram cautionem sibi, sed longè tamen infra istam regalem; *& supplex ad limina veni.* vt de iure supplicis ego trado in libris bellicis. Itaque videri non verum possit, quod Buchananus alicubi in Scotica historia scribit, appulsum Scotorum regem in Anglicanum

e l. vlt. de iurisd. l. 239. de V.S.

f Alexan. 6. consf. 235. Alciatus 4. cõs. 4. Lap. alleg. 91.

a Houed. an. Angl. p. 2.

g Virgil. Æneid. 8.

canum littus, retentū ab Anglis fuisse contra ius gentium. Etsi enim commune omnibus sit littus maris: sic tamen est vsu non iurisdictione.[h] Littora enim, in quæ populus Anglicanus imperium habet, populi Anglicani esse arbitramur. Causa retētionis accusanda erat: non separandus Scotus rex ab alio Scoto. Et sic igitur, cùm reges ius istud profiteantur, sanè dicendum est, ius istud regibus esse. Regula est quoque, vt quilibet in alterius terra sit subditus. neque hinc exceptus princeps ostenditur. Ergo sit & princeps sub regula. Legatus ostenditur exceptus planè. Et natura diuersa vtriusque adhuc ostendit diuersitatem hanc, nam princeps est relatiuum ad suos subditos, & ad regnum suum. ergo alibi non sit princeps. Legatus contra ad suos non est: at à suis ad alios, in terra aliena, quò missus est. Legatio est, vt apud alios sit legatus. Principatus est, vt apud suos sit princeps. Nec absurdum sit, vt quis eodem tempore principatum teneat apud suos, & princeps sit; alibi verò pareat alteri subditus. est enim quis sæpè simul princeps & subditus diuersorum ratione agrorum: imò eiusdem agri ratione diuersa. veluti Papa Romanus est dominus regni Neapolitani, & idem est feudatarius

h *l. 2. de di. re. l. 3. ne quid in lo. pu.*

illic ducatus Beneuentani. Contraria stant per diuersos respectus eodem in subiecto, & tempore. Ecce adhuc filiusfamilias magistratus, qui domi patri paret, foris imperat etiam patri. Non est absurdum, vt princeps fiat subditus, & eius legatus non fiat subditus. Adde, quod etsi vim omnem suam capere legatus videatur à principe suo, qui eum legauit: non ipse tamen princeps habere vim illam possit, positus extra regnum suum. Quoniam res quælibet sic valet, & potens est, & operatur, si suo loco est. [i]Et sic locus dicitur philosophis aliquando forma. [k] Positus causa bonarum functionum dicitur medicis. Et certissimum est de positu partium componentiũ in ipso composito. vt est compositum regis, & regni, quasi corpus vnũ. Sed & luna quodã modo se si nõ habet ad solẽ, nec lucere, nec splendere potest. Et sic princeps, qui à regno abest, sole suo, & inter quem, & regnum obiicitur alia terra, obscurus erit omninò. Scilicet à regno suo, veluti sole suo, lumen mutuatur, & capit. [l] vt propter imperium habet imperator maiestatem, non imperium propter imperatorem, &c. Quod si princeps eodem tempore, & legatus eius in alieno territorio sint: alia adhuc quæstio est, *vtrum legato suum supersit legationis ius,*

[i] Zab. de mo. ig. c. 8.
[k] Gall. 1. de sa. tu. 5.
[l] Decian. 7. pr. 5.

ius. In qua dicerem superesse. quia & maior habenda ratio est principatus, quam personæ principis. [m] quæ organum est, referēs totam rempub. Etiam & princeps ipse asseruet legato suo ius; etsi suum sibi nō habeat, à quo sit ius legati. Quid obstat enim? [n] Quod det nemo, quod non habet? Quod nemo debet melioris conditionis esse, quàm auctor eius, à quo ius transit? [o] At potest quis delegare extra territorium causas: licèt iudicare extra territorium nequit. Et neque hîc agitur de dando, sed de datum seruādo. quod sit facilius. vt regulæ sunt, & definitiones iuris. Atquè naturaliter etiam id fieri cernimus. [p] Vestes non calefaciunt, sed conseruant. & id genus alia. At dicamus, quod & det, qui non habet. [q] *Scis de cote, acutum reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secādi*. Qui actu nō habet, at potētiâ habet, is facit sæpè, vt alius actu quoq; habeat. Dicamus de nobili medicorum controuersia. quemadmodū cerebrū nō sentit, & sensum dat tamē. [r] Nā quod Hippocrat. dicat, cerebrū sentire, hoc adsumit verbum pro recipere. vt ita illic notant peritissimi: & adnotandum de verbo Græco αἰσθάνομαι: quo Hippocrates vtitur, & quo alii in illa significatione forsitan non vtuntur. Medici propriè pro sensu cerebri disputant etiam

[m] *Bal. 3. cōs. 159.*

[n] *l. 54. 175. de reg. iur.*

[o] *Bal. l. 3 off p. v.*

[p] *Plut. de vi & vi. Cl. A. 3. pæd. 11. Galen. 2. de simpl. me. fac. 24.*

[q] *Horat. de ar.*

[r] *Hipp. lib. de vul. cap. vbi Fallop. & Mercur.*

ex regula noſtrorum, quod *ſi propter vnumquodque tale, illud eſt magis tale:* & propter cerebrum (id extra cõtrouerſiam) eſt ſenſus cæterorum in homine: vtique ipſum cerebrum ſentiat magis. Verùm & logicum illud eſt theorema, & verum in cauſis tantùm homogeneis, iisque coniunctis. Sol enim non calidus calefacit. [s] Vt hæc medici ſic reſpõdent.[t] Corpus tantùm dolet, accepto ſenſu ab anima, ipſa omnis doloris experte. vt nobilioribus philoſophis probatum magis narratur. Et eſt ab eodem Hippocrate:[u] Ὁκόσοι πονέοντές τι τοῦ σώματος τὰ πολλὰ τῶν πόνων οὐκ αἰσθάνονται, τουτέοισιν ἡ γνώμη νοσέει. At non abierim à cerebro tamen. [x] *Cerebrum ſenſu caret, & tamen ſenſus gubernat.* Cerebrum imò dat ſenſum, carens omni ſenſu. Sed actualiter caret, non potentialiter. [y] Sic autem illa regula declaratur etiam à noſtris, vt nemo det, quod non habet, quum nec potentiâ habet. Et ſatis eſt, non modò ſi habet materialiter iſtam potentiam, ſed ſi & formaliter. vt dixi de ſole, qui calidus non eſt, & calefacit. Imò, ſecundum phyſicos, quæ agunt ἐνεργητικῶς, eá agũt perfectius, quàm quæ παθητικῶς, hæc ſcilicet, quam habent affectionem, imprimunt patienti: illa autem, quam non habent, ἀντιληχεία ſuâ excitant. Et ſic dicunt nonnulli,

s *And. Laur. 4. anat. q. 12.*
t *Nemeſ. de ani.*
u *Hippoc. 2. aph. 6.*
x *Macr. 7. Sat. 9.*
y *Iaſ. l. 6. de ad. he. Dec. l. 54. de reg. iur. Decia. 3. co'ſ. 123.*

quod semen irrationale facit rationalem hominem. &c. Neque mireris in cerebro, quod ea ipsius potentia numquam in ipso ad actum reducitur. nam ea potentia est ad sensificandum alia. & sei sificat. & sic imò ad actum reducitur, ad quem est. [z] Quamquam nec regula illa philosophica, *Frustra est potentia, quæ numquam reducitur ad actum, adeoque nec est*, aliter vera est, quàm si non fuerit impedita à ratione aliqua extrinseca. vt sic potentia naturalis corporum simplicium est, vt sint simplicia, pura, & impermixta: quæ tamen talia numquam sunt. De potentia relicta suæ naturæ illud est enunciatum, non de potentia deuincta: qualis est elementorum, quæ alieno imperio tenetur. Sic placet opinio Ægidii, qui materiam cœli eandem dicit, & inferiorum. & defendi sic potest ab argumento, [a] quod contra Zabarella mouet à supradicto enunciato potentiæ materiæ corruptibilis, & quæ tamen cœli non corrumpitur. Quæ tamen penitius non tango. Sed hîc indico tantum, vt intelligant morosuli momi quidam, non magis satagere in sole nos, non magis fingere sphingas, & chimæras, quàm faciant ipsi physici, ipsi medici. [b] Nos ad regulā, *Nemo dat*, etiam audimus, quod sanè non det transferendo,

[z] *Pernum. 2. phi. nat. 3.*

[a] *Zabar. de nat. ca. c. 5.*

[b] *Bal. l. 4. vbi add. de in. & in.*


Sed det conferendo. & quod episcopus sic det sacerdotia, quæ nec proprietate, nec possessione habet. & canonici dant episcopatum, & Cardinales papatū. Et malæ fidei possessor dat conditioné præscribendi, quā ipse non habet, non haberet. e Et creditor pignus vendendo causam dominii præstat, quam non habuit ipse. Et in alio quis sæpè facit, quod facere in se non potest. Et id genus plura sic. Ego redeo ad principem. Is potentiam illam habet viuificādi legatum, illuminandi, illustrandi: etsi ipse in aliena terra lustris non sit: qui & fuit, & reuersus ad suos erit lustris. Sed (vt dixi) à regno retinet legatus ius suum, si à rege non retineret. Fuit modò quæstio in Bremensi conuentu inter legatos reginæ nostræ, & legatos imperatoris, aliorumque principum, *an mandatum expirasset morte reginæ, quod nec re integra mors iam accidisset.* & dissolutum colloquium fuit sanè. Attamen illa alia quæstio est, si legatus post mortem legantis agere aliquid debeat, nec ne. quam expediemus loco suo. Nostra nunc est, si maneat legati libertas, ac sanctitas. in qua adfirmamus pro certo. quoniam ista legato debentur donec discesserit. Et aliter agent legati timidissimè, si de tam tenui, atque incerto filo, vt vita est hominis, & princi-

e l.64. de ad. ve. do.

principis, vita ipsorum, & incolumitas apta esset. Et de externo, & de principe externo ita mihi videtur, & de legato externi principis. Verum de principe ipso quæsitū scio, an qui læsus ab eo alius proponitur princeps iudex hîc sit eiusdem.[d] Nam tradunt doctores, principi non licere, sibi ius dicere in facto suo. pares regni, aut vasallos alios iudicare oportere. Etiam nec volet externus princeps iudicari à subditis, aut vasallis offensi principis: minimū, principes alios liberos esse iudices, volet. Contra verò si iste est velut alius priuatus, quî prouocabit ad principes? aut quæ ratio est, vt offensum principem faciat sub iudicium aliorum, verè, & actualiter principem, absolutè liberum principem?[e] Non admisi istam sententiam, quum iudicandus legatus est. vt neque hîc possim admittere. Et iudicabitur igitur externus is à iudicibus regni.

[d] *Alc. 6. cons. 28.*

[e] *Alb. 2. de lega. 19.*



DE FILIO PERDVELLIS PVNIENDO.

DISPVTATIO VII.

QVæstio de filio perduellis puniendo anceps adeò mihi videtur propter eas rationes, quæ hinc pugnant, & inde: vt putem, operæ pretium fore, si & hinc easdem exponam, & inde, apparatu veluti solenniore. Scilicet ostensæ, atque expensæ rationes de veritate definitionis constituendæ in partem alteram probè docebunt. Vt non etiam sileam, quod ita videbit filius, neque indefensum damnari se, & magnis rationibus suam vinci causam audiet. Ecce autem contra illum disceptemus primùm, veluti accusatores. [a] Et primum dicamus argumentum, quod Deus optimus maximus & minitatur, vlturum se magna patrum peccata in quartam vsque generationem: & filios, filiasque Hacanis delinquentis obruerunt lapidibus, & mox combusserunt igne vnà cum ipso Hacane Iudæi, iubente Iosue, & Deo. [b] Item liberos Saulis plures, propter Saulis peccatum, suspensos habes, tradente Dauide, ac Deo. [c] Item Danielis non modo accusatores ipsi proiecti in foueam leonum, sed & filii ipsorum, & vxores: non quidem iussu Iosue, aut Dauidis, hominum religiosorum, sed Darii Medi regis: sed benè, & itidem à Deo, propter detestationem sceleris. vt ibidem adno-

[a] *Exod.* 20. & 34. *Ios.* 7.

[b] 2. *Sam.* 20.

[c] *Dan.* 6. *vbi Trem. Iun.*

adnotant etiam recentiores. Crimen erat inque Deum, inque regem: cuius regnum tranquillè administrabatur à Daniele. Etiam & propter exemplum puniri ita debuere, ad alios deterrendos. Quæ illic adnotatores. & quæ tu contra alterum ipsorum notabis: [d] qui fixam stare vult legem Moisis, de non puniẽdis filiis vmquam propter delictum patris. Valent enim supradicta etiam in quæstione nostra: in qua Christos Iehouæ læsos proponimus. [e] Augustinus autem in thesi, si propter vnius peccatum alii iustè puniri possint, quod est relatũ in ius canonicũ: *Corporali pœna legimus quosdam contemptores Dei cum suis omnibus, qui eiusdem participes impietatis nõ fuerunt, pariter interfectos.* Scribit de pœna corporali. [f] quod & princeps canonistarum, puniri filios temporaliter propter patris delictum: quia ipsi sic puniuntur parentes in personis filiorum. [g] *cum pro affectu parentes magis in liberis terreantur.* [h] Puniuntur parentes in liberis etiam alibi. [i] Et fauorabilis etiam aliquando pœna hæc est, adeoque dilatanda. vt quum proles & illegitima, & insuccessibilis statuitur, quæ nata ex matrimonio, quod contrahi prohibetur siue propter proximitatem, siue propter aliud impedimentum. Etsi lex de alio non loqua-

[d] *Iun. de pol. Mois. obs. c. 3.*

[e] *Aug. ep. 75. & c. 1. 24. q. 3.*

[f] *Pan. c. 16. de fil. presb.*

[g] *l. 8. quod me. ca.*

[h] *l. vlt. C. de nat. lib.*

[i] *Io. And. c. pe. qui fi. si. leg.*

tur, quàm de impedimento proximitatis: ſcilicet dilatatio iſthæc ad fauorem eſt animarum, vt vitentur pericula, itaque in prole puniantur parentes. Quæ contra Goffredum docet Iohannes Andreæ. Puniuntur parentes in filiis hîc, vbi verſatur fauor totius reipublicæ.[k] Videlicet damnatur in filiis parentum ſic memoria, imaginibus parentum viuis, & diuturnis: quæ ſordibus infamiæ, & egeſtatis (hæ hîc pœnæ filiorum) conteguntur, & corrumpuntur. Porrò autem quod punit Deus etiam poſteros delinquentis, id imitati ſunt Dii falſi more ſuo ſolenni falſo, & probarunt ethnici auctores.[l] vt ſic Iupiter apud Statium conteſtatur, velle ſe peccata Tantali vlciſci in poſteris eius. Sic eſt autem argumentum hoc primum. Cui reſponderit filius, quod nouit Deus, ſanctè punire poſteritatem alicuius: ſed homo non nouit. & punit quidem Deus ſemina peccatorum in poſteris, non crimina præceſſorum. Sicut de hoc exponit religioſiſſimè Plutarchus in eo libro, cui titulus eſt, *De ſera numinis vindicta.* Et ſic itidem patres Theologi: [m] *Non ſtatim punit, ſed reddit in poſteris, id eſt in malorum perſeuerantia*: HIERONYMVS. *Dum ignoſcit noſtris primis, & poſtrema condemnat.* Idem ad eam Exodi legem. Et Auguſtinus contra

k *Merc. 2. de pin. 14.*

l *Stat. 1. & 3. Theb.*

m *Hiero. ep. 6. 48.*

contra Adimantum : *Ex eo, quod addit,* QVI ME ODERVNT, *intelligitur eos punire, qui in eadem peruersitate parentum perseuerare voluerunt.* n Idemque alibi, suo delicto puniri filios, non puniendos sanè, nec persistentes in peccatis patrum. Isthic considerat & peccatum originis quoque. Sed & alibi: *Quæri solet, quomodo iustè pro alterius peccatis in aliis vindicetur. maximè, quia id vetet alibi Deus. An aliud iudicantibus hominibus est præceptum? Et Dei iudicia non sint eiusmodi, qui alto & inuisibili consilio suo nouit, quatenus extendat etiam temporalem hominum pœnam, salubremque terrorem? Non enim aliquid durum, quantum attinet ad vniuersi mundi administrationem, contingit mortalibus, quum moriuntur quandoque morituri. & tamen apud eos, qui talia metuunt, disciplina sancitur, vt non se solum quisque curet in populo, sed inuicem sibi adhibeant diligentiam, & tanquam vnius corporis, & vnius hominis alia pro aliis sint membra solliciti,* &c. Vltima verò sunt notāda postea. Prima nunc refero, quod sibi Deus, non etiam hominibus, illud ius tribuat. o Dei volūtas regula omniū. Aut qui nos sumus, qui de iustitia Dei disputemus? Aut putemus, illico

n *Aug. Deut. q. 42. & Ios. q. 8.*

o *Alb. 2. de iu. bell. 21.*

fieri à nobis iustè, quod fit à Deo? Diuinè, qui nunquam non diuinè, Caluinus itidem in Exodo: *Cur Deus, pœnam de filiis exigens, patres, quorum grauior erat culpa, in aliud tempus distulerit: cur etiã vindictã exercens in bruta animalia, pepercerit hominibus: nostrum non est curiosius disputare, & Deo præscribere nefas, quem in iudiciis suis tenere debeat modum. Certè pueros, & bestias ad supplicium trahendo, palam repræsentauit scelestis, potentiæ suæ contemptoribus, quid ipsi meriti essent.* Et sic de vero Deo: qui vnus, pater ille Domini nostri IESV CHRISTI. Diis autem aliis Diabolis, siue Ethnicis auctoribus, ecce opponetur melior Theognis, qui respondet: Καὶ τοῦτ' ἀθανάτων βασιλεῦ πῶς ἐστι δίκαιον; Ἔργων ὅστις ἀνὴρ ἐκτὸς ἐὼν ἀδικῶν, Ἀλλὰ δίκαιος ἐών, μὴ τὰ δίκαια πάθῃ;[p] Item opponetur Cicero, qui sic: *Exspectentur pœnæ à liberis, à nepotibus, à posteris. ô miram æquitatem Deorum! Ferétne vlla ciuitas latorem istiusmodi legis, vt condemnaretur filius, aut nepos, si pater aut auus deliquisset?* Sic diluitur supradictum argumentũ primum. Secundũ verò est ab exemplis.[q] Sic scil. liberi necati nõ semel cũ parentibus peccatorib. ab omni antiquitate.[r] Et liberi, & cognati innoxii Carthagine.[s] Et familiares Gracchorũ Romæ de robore præcipitati.[t] Sub Tyberio ex

[p] Cicero 3. de na. Deo.
[q] Herodot. 4.
[r] Iust. 21. Oros. 6. c. 4.
[s] Val. Max. 6. c. 3.
[t] Tac. ãn. 5. Dio. lib. 58. Suet. Tyb.

rio ex S. C. etiam filiæ innocentes Seiani interficiuntur manu carnificis, etiam familiares, & noti.[u] Qui paulo fuerit notior eis, qui interfecerunt Belgiæ Principē, omnis interfectus à rege Galliarū.[x] Cognati proditorum vsque ad quinctū gradum ab imperatore Neapoli.[y] Et ita affixa patibulo corpora necessariorum eius Persæ, qui accusatus erat proditionis in regnum.[z] Et ea lex Macedonum, vt propinqui necarentur eorum, qui essent regi insidiati,[a] Et ita sæpè euenire, vt de bona iustitia portet alter pœnas alterius, filius patris, subditus domini: & contra; & sic esse exempla, & res iudicatas, alii recitant, Quod secundum argumentum.[b] Et cui item responderint liberi, aliique, non esse exemplis iudicandū. Certè non exemplis læsorum, iratorum, & nec bonorum principum. Cùm præcipue & sint diuersa bonorum,[c] vt exempla hîc ita separat Iacobus Cuiacius, & nos ita bonorum exempla plura notabimus in secūdo argumento contrariæ partis.[d] Sed & Alciatus sic tradit, exempla isthæc nihil habere quidquam commune cum legali philosophia. Tertium nunc argumentum hîc subministrat Cicero, qui sic scribit;[e] *Illud videtur esse crudele, quod ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna peruenit. Sed id & an-*

u *P. Æmil. lib.* 5.
x *Collenucci lib.* 4.
y *Zosim. libro* 3.
z *Cur. lib.* 7. 9.
a *Papon. lib.* 24. *tit.* 10. *arr.* 1. & *tit.* 12. *arr.* 1.
b *l.* 12. *de off. præs.*
c *Cuia. Non.* 134.
d *Alc. l.* 31. *de po.*
e *Cic. Brut.* 15.

tiquum eſt, & omniũ ciuitatum.[f] Nam ſi antiquum eſt, ſi eſt omnium ciuitatum, iam eſt & iuris gentium dupliciter.[g] Imò quod antiquum eſt, parum diſtare videtur ab eo, quod eſt naturale. Verùm & Ciceroni reſpondemus, eius tum fuiſſe teſtimonium inimici: qui ſic loquitur aduerſus filios Lepidi, hoſtis ſui vel maximè, quòd cum mortaliſſimo hoſte ſuo Antonio arma cõiunxerit.[h] Inimici autem teſtimonium, nihil valet. Item nec loquitur Cicero niſi de paternis bonis confiſcandis. quod non eſt ex pœnis, quæ propriè dicuntur infligi alteri pro delicto alterius. Pater enim, qui bonis exſuitur, ipſe punitur. Filii illa bona non ſunt, etſi eſſe poſſunt.[i] Quartum igitur erit argumentum ex legibus hîc ciuilibus: per quas pœnæ ſunt filio prorſus pro delicto patris. Item & leges canonicæ ſic ſunt. At etiam his reſpondemus, quod ciuilis non fuit vmquam in filiis obſeruata.[k] quod Alciatus teſtatur. Etiam dicere filii valent legem illam iniuſtam. quod aliosque dicentes audiemus. Canonica autem lex tantùm de publicatione bonorum paternorum loquitur. aut tantum recitat legem ciuilem: neque hoc lex canonica, ſed tantum Gratianus, qui leges non canonizat. Et quod ipſa canonica lex de iudicio diuino

f *l. 1. de ad. re. do. l. 1. de iu. & iu.*

g *Ariſtot. 2. Rhet.* τὸ ἀρχαῖον ἐγγύς τι φαίνεται τοῦ φύσ.

h *l. 3. de teſti. Alb. 1. de iu. be. 16.*

i *l. 5. C. ad le. Iul. ma. c. 10. de hæret. cap. 22. 6. q. 1*

k *Alc. 7. conſ. 19.*

diuino adducit, ad id supra responsum est in argumento primo. Et quod ait, *& iuxta canonicas sanctiones quandoque*, &c. id intelligi potest & in casibus quibusdam status ecclesiastici: de quibus & notatum est per totam distinctionem quinquagesimam sextam. Ergo pro quincto nunc argumento hic afferentur sententiæ prouerbiales.[l] quibus aliqua fit fides. quia enim veræ visæ sunt, in prouerbium venerunt. quod Liuius habet. Sed & ego de hoc alibi adnotaui. Illæ autem hæ sunt sententiæ. *Demens qui natos occiso patre reliquit.* [m] quam Aristoteles notat, & recitat Suida de Philippo, & Clemeus Alexandrinus de Poëta Stasino. Et idem Clemens de Xenophonte; *Mihi videor similiter nunc fecisse, atque si quis, patre occiso, filiis eius pepercerit.* Et de hydræ exemplo strangulatæ, itaque confectæ repetit Andronicus imperator apud Nicetam. [n] Est & illa altera, quam milites occiso tyrannique filio conclamarunt; *Ex pessimo genere ne catulum retinendum.* [o] Et contra HERCVLIS filios EVRISTHEVS; *Pellendi pulli leonis inimici.* atque ibidem; *Hostibus rem esse periculosam nascentes nobiles iuuenes, qui meminerint patris iniurias.*[p] Et MENELAVS itidem; *Stultitia est magna, relinquere hostes ex he-*

[l] *Aristot.* 1. *Rhet. Liu. lib.* 40.

[m] *Arist.* 2. *Rhet. Cl. A. Str.* 6.

[n] *Sex. Vi. Diadu. P. Diac. lib.* 10.

[o] *Eurip. Heracl.*

[p] *Eurip. Andro.*

stibus, cùm possis occidere, & auferre terrorē.

q Eurip. Troa. q Et Vlysses pariter suadet Græcorum conuentui, non alendum Astyanactem fortissimi filium viri: quo sublato nec sollicita Danaos pacis incertæ fides semper teneret. nam malè relictus igne de magno cinis vires resumit, vt est apud Senecam iridem in

r Tac. hist. 4. Troadibus.[r] Sic Vitellii filius, Muciani iussu, interfectus, mansuram discordiam obtendētis, ni femina belli restincta forēt. Verùm & isti sic respondetur argumento, has sentētias pertinere fortassis ad regulas politiæ, non item ad iustitiæ. vtiles videri pos-

s Cic. 1. de Inu. se, iustas esse non posse. s atque interim à nulla re honesta periculi vllius magnitudine deduci oportet. Sunt voces ab hominibus illaudatis, Eurystheo, Menelao, Andronico. & Andronicus sic sanè apud Nicetam ob istud commentum vituperatus. Quis versutias diri probet Vlyssis, scelerumque inuentoris? Quis in ius capiat hostis iudicia? Ergo neque ista prouerbia sunt. certè iustitiam non probant. Periculis & potest, & debet occurri aliter. de quo in li-

t Fely. cap. 2. de const. item add. Decr. Ias. §. actiones. bris bellicis non semel explico. t Sextum argumentum sit igitur à consensu omnium peritorum vtriusque iuris, probantium ex causa pœnam in altero ex alterius maleficio. Et extra corporalem pœnam omninò

magis

magis communis opinio sic est. Sed & de corporali pœna sic voluerunt plures, & de infamia. Respondetur autem & isti argumento, quod peritiores stent contra istos peritos nostros. vt in altera parte nominabo Platonem, Philonem, Plutarchum, alios. quibus plus deferendum hîc sit, quàm nostris, quia nostri illi ius scriptum secuti respondere aliud non valebant. at alii, nullius addicti iurare in verba magistri, quocunq; rapti, & delati sunt ratione, ibi considerunt. [u] Et tamen nec nostri dicunt, legislationes eiusmodi iustas esse, sed tolerabiles tantùm. Dicunt odiosas, contra regulas iuris ciuilis, contra naturalem æquitatem, contra ius diuinum, & maximè iniquas. [x] Et in hac ipsa quæstione aduersus l. 5. C. ad le. Iu. ma. quod habeat odium irrationabile, ait Decius in responso aliquo; vbi addit Molinæus, has omnes leges esse barbaras. [y] Et iniquam eandem quinctam, nec referēdam in ius Iustinianeum, audet Contius. [z] *Æquitas legum est sanitas*. Morbosæ igitur hæ leges, quæ sunt iniquæ. Age, dico septimum argumentum, quod vt potest princeps, & quidem iustè, obsides suæ, & suorum apud hostes, & apud alios fidei facere ciues suos: qui excruciati intereant, si quid perfidiæ, & iniustitiæ à se, fuis-

u *Alexan. 2. cons.* 210. *Dec. cons.* 359 491. 524. 591. *Ceph. cons.* 577.

x *Dec. cōs.* 64.

y *Contius* 2, *subs.* 1.

z *Leo. Nou.* 36.

vè sit.[a] Vt sic liber homo obses dari potest, etsi pignori dari liber homo non potest. Ita pro iustitia parentum, ac fide obsides apud se, immò apud rempublicam facere eorum filios possit princeps per istiusmodi constitutiones; Sicut ciuis pro patria, ita filius pro patre. At in proposito specialiter responderis cum Philone; [b] *Metus ita cautus esse debet, vt non contemnatur cuiusquam incolumitas. qui enim securitati nimium consulit, cogitur sic sæpius innoxiis non parcere.* Et ratio diuersa est, cum hostibus: quibus cautum aliter esse non potest. [c] Princeps autem potest sibi cauere aliter, & conciliatâ præsertim beneuolentiâ subditorum. vt docet illũ Liuia: & Liuiæ ausculcat feliciter Augustus. Dico argumentum octauum. quod de familia tota leges sensere necanda, dominô interfectô: & de exercitus totius decimatione fugientis. cùm pereant illic verisimiliter etiam innocentes, & hîc strenui quoque in sortem cadant.[d] Sed omne magnum exemplum habet aliquid ex iniquo, quod vtilitate publicâ contra singulos rependitur. vt hæc ita narrantur, & defenduntur. [e] etiam in iure defenduntur. Respondeo autem, quod illa omnia fundamentũ habent in personis ipsis, qui puniuntur. omnes enim fugerunt. deseruerunt

[a] Cuiac. c. 9 de iure.

[b] Phi. de sp. le.

[c] Dio. lib. 55.

[d] Tac. ann. 3. 13. 14. App. ciu. 2.

[e] Dig. de S. C. Sil.

runt vallum omnes. Seditionem omnes in ſeditioſo corpore agitarunt, aut non ſuâ ſe oppoſuere vitâ ſeditioni:[f] quod facere miles tenetur. Et ſtrenui illi ſi ſtetiſſent ipſi, quod & iureiurando facere tenebantur absque vlla exceptione,[g] καὶ μήτε ἀπολήψειν τὰ σημεῖα. οὐδεὶς ἀπολείπεσθαι τῶν σημείων ἠξίου. Si ſtetiſſent, fortè & retinuiſſent alios à fuga, & omnes ſimul viciſſent. Neſcimus, ſic factum ſæpius? & paucorum virtute ſemper comparari victorias? At nunc hiſtorias non recito. Illud aptarim; [h] *Potuit præſentia vnius trahere plures in eius ſententiam.* [i] Addo, etiam ad miſericordiam factas has leges: & vt metus ad omnes, pœna ad paucos perueniret. Et nec exemplum opertere transferri per diuerſas rationes. Omne exemplum niti ratione debet. [k] Lex in XII. De diſcerpẽdo debitore, lex numquam vſu recepta, in ea tamẽ ratione conſiſtebat, quod fidẽ debitor ſuam nõ ſoluebat. [l] Et in delicto habet fundamẽtũ lex, quæ iubet, pœnã *exacerbari delinquẽtis.* [m] In familia autẽ nõ necantur innocẽtes: & nec torquentur, qui ſentire illam Domini cædẽ non potuerunt: & quib. nulla poteſt negligentia in dominũ imputari. Hìc iam filii nullo ipſorum malo merito punirẽtur. Sed eſt adhuc nonum argumentũ, quo ſpecialiter adfirmentur pœ-

[f] *l. 3. de re mil.*

[g] *Polyb. lib. 10. Diony. lib. 6.*

[h] *l. 17. de rec. arb.*

[i] *Cicero pro Cluent.*

[k] *Gell. vlt. cap. 1.*

[l] *l. 16. de pœnis.*

[m] *l. 1. l. 3. de S.C. Sillan. Spart. Hadr.*

næ eiusdem legis quinctæ. Ait, *à materna vel auita*,&c. Atque cùm sint iure publico successiones, tam ab intestato, quam ex testamento; eius autem iuris dipensator, & arbiter sit princeps: sanè nec videtur posse iniquitatis accusari princeps, si quibusdam denegat id, quod habet in suo arbitrio. Ab intestato successiones, quia à lege sunt, vtique appellantur legitimæ. n Etiam *testamenti factio non priuati, sed publici iuris est*, quod est, non nos condere testamentum posse iure nostro cuiusque priuato, sed tantùm permissu, & iure ciuitatis. Quî enim iure nostro de re statuamus, quę nostra per mortem nostram esse desinit? Hæc veritas, & sententia eius legis. o Et sic alii accipiunt, & alii sunt ridiculi, qui scribunt, iuris gentium esse originem testamenti, formam ciuilis. imò enim à ciuitate (non dico magis Romana, quàm Ebræa, alia) est totum. & forma eius pro varietate ciuitatũ variatur. Ait porrò eadem lex quincta, *sint perpetuò egentes*. Quod neque dixeris iniquum, nam de successionibus itidem accipitur. Ait, *infamia eos paterna comitetur*. Vbi nec princeps facere hos filios infames videtur, sed sinere infames à patre factos. *comitetur*, inquit. Ait, *ad nullos honores*, &c. p Quomodo enim, si sunt infames? Sunt prætereą hæc omnia

n l. 3. de test.

o Cast. d. l. 3. Acc. l. 32. de her. inst. Pan. c. 5. de cond. app.

p l. 2. Cod. de dign.

omnia à principe, quasi à fonte. ergo nec iniquus, si in aliquos non deriuat. Seruiunt hęc principi. Si igitur is nolit, quosdam seruire sibi, vbi iniquitas? Sic est argumētum. Cui respondetur breuiter. Neque nos hîc adeò disputare de potestate principis, vt obliuiscamur penitùs de æquitate. Quid enim si possit hæc princeps omnia? Num & velle etiam debet statim?[q] ius aquæ ducendæ datum personæ cum persona exstinguitur. & tamen si illud non concedat princeps heredique, iniuriam facit. Sic & mihi videntur tres species potestatis principalis, absoluta, rigorosa, æqua. Prima nominatur tempestas: de qua alibi dico, non hîc quærimus:[r] & per quam etiam naturale ius tolli potest. Secunda est, quæ stat summo iure:[s] quod crucem dicebāt, & summam iniuriam, ac malitiam. Tertia, quæ summū istud ius leniter flectit, atque emollit. & de ista nos inquirimus, sacerdotes iuris:[t] quod est ars æqui: & in quo æquitas spectatur maximè.[u] *Probibemus & illud* (inquit Iustinianus) *graue existens, & habens quidem aliquam occasionem, in duram tamen incidens crudelitatem, & amaritudinem*, &c. Sed hæc sunt sexcenta. Decimum ergò, & vltimum argumentum erit itidem adfirmando legem ciuilem in sua ratione. Ait, *in qui-*

q *l. 1. de aq. quo. & æst.*

r *Alexan. 7. cons. 11.*

s *Colum. lib. 1. Tertull. 4. Heut. 4.*

t *l. 1. de iu. & iu. l. 90. de reg. iu.*

u *Nou. 18.*

bus paterni criminis, &c. Mala arbor malos fructus facit. Et Aristoteles, & quis non? consentaneum esse, ex bono bonum nasci, ex malo malum. [x] Pulchrè habet vetus fabula: *Non natus fuerit bonus ex malo patre.* quod de Euripide Cardanus. Et sic plurima de aliis auctoribus. [y] Et nostri, quod illius affectionis præsumitur filius, cuius pater. [z] Et quod sic est præsumtio quoad mores. [a] Præsumitur incontinens is, cuius pater fuit incontinens. & filius facturus, quæ fecit pater. de quibus Alciatus & ad statuta infert, quæ aliquando filios obligant pro crimine patris: & quæ non solam illam rationem habeant, quia pater faciliùs abstinebit à delinquendo, si videat, etiam filios suos puniri: Sed etiam, quia præsumitur filium talia facturum. [b] Naturalissimum hoc dicit Decianus, & non nihil aliud. [c] Iustè dicit (audite reges) princeps, habere se suspectum aliquẽ de proditione, quia parentes eius fuere semper sibi vel suis prędecessoribus hostes. Magnum doctorem audistis, reges. [d] Corpus filii à patre est. corporis autem temperaturam animi mores consequuntur. [e] Imò anima ipsa filii de patre est. vt credidere plures etiam Theologi occidentalis ecclesiæ. cum quibus & Augustinus magis est. Sunt & Germani aliqui Theo-

x *Card. 3. de sap.*
y *Bartol. de Guelf.*
z *Bal. l. 9. de senat.*
a *Alc. 1. præsu. 24.*
b *Decian. 3. cons. 75.*
c *Ioh. And. c. 16. de acc.*
d *Gal. q. m. a. s. c. t.*
e *Aug. ep. 7. 28. & 1. retr. 1. & lib. 2. 6. 45. 56.*

Theologi summi hoc seculo, Heerbrãdus, alii. Et recipiẽdum sic videtur omninò propter peccati pœnã originis. quod & Augustinus monuit. Exempla autem nec desunt hîc. Vides, ecce, Bruti, regum exactoris progeniem (an viros cognomines?) post quingentos annos coniuratã in necem Cæsaris, noui regis. Et Sp. Cassius, & L. Cassius, & C. Cassius, & Cassius Chærea, & Auid. Cassius hîc sunt. quorũ primus damnatus hoc crimine pœnas luit. Secundus in principibus coniurationis Catilinæ. tertius auctor coniurationis in Cæsarẽ. quartus princeps cõsilio, & manu in necẽ Caligulæ. quinctus damnatus cõiurationis in Marcum. De tribus Corneliis, Sylla, Cinna, Lentulo, notũ ex Sallustio. [f] Et speciale in hoc est crimine, vt sit quodammodo hereditarium: inquit Contius: & de facto tum in Gallia contestatur. Dicam, quæ in Italia, Britannia, alibi ego scio? Desino. [g] Græci hoc iure vtebantur, vt liberi damnatorum aut vnà interficerentur, aut in perpetuum exilium mitterentur. quasi non ferret natura, vt boni ex malis nascantur: Sic postremum est argumentum. Cui respondemus, posse quidem videri probabile, vt tales sint filii ex tali patre. [h] Sed & ex quibusdam malis seminibus arbores bonæ proueniunt, etsi non facilè & contingit multoties,

[f] Cont. l. 5. C. ad le. iu. ma.

[g] Cont. ind. con.

[h] Arist. lib. 1. de pla.

vt ex malo animali bonum nascatur. quæ Aristoteles, si ipse auctor librorũ de plantis. Atque si plantæ, & bruta possunt ab originali prauitate, & solent per culturam traduci ad bonitatem non difficillimè,[l] *Exsuerint siluestrem animum, cultuq; frequenti In quascunq; voces artes haud tarda sequentur*: de plantis Virgilius, & de brutis alii, & de vtrisque cernimus omnes vbique: quid idem cum hominibus, & filiis istis non fiet? Sanè autem dignius est genus humanum, cui cultus, & cura maior debeatur, quàm plantis. vt si istæ non succiduntur, non abiiciuntur, quia naturâ siluestres sint penitùs: minus sint abiiciendi homines ex sola suspicione originis. Specialiter verò ad illud de temperatura corporis respondetur in disputatione de causis pœnarũ, & à Piccolomineo in libris moralis philosophiæ. Et de anima ex traduce adserendum sit adhuc minus. vt recepta nunc omnibus magis videtur opinio & Philosophis, & Theologis. de qua ostendam in argumentis contrarię partis. Aut ratio peccati originis non constabit aliter? Sanè res mundissima per contactum immundæ momento polluitur. Mitte speciem candidam in lutum, & eandem illico recipe, si sordibus illa carebit. [k] Quæ Grammatici sic de anima corpori

l Virg. 2. Geor.

k Ser. 6. Æn.

pori

pori inclusa. Et videri non inepta possunt propter vnitionem animæ, & corporis. alioqui radii solares nō inficiuntur vllo cœno: qui sunt corporaliores anima incorporea. Respondemus & ad exempla, hæc esse sine comparatione plura eorum, qui imitati patrem non sunt. Quota enim pars sunt supradicta in proditionibus innumerabilibus? Lege illam distinctionem quinquagesimamsextam.[l] Audi hæc Philonis: *Nullus legislator pœnā decernit contra iniustos quiescentes, sed quoties mouentur, & exercent iniusta opera. Sicut nec mordaces quidem bestias vir moderatus occidet, si absit morsus periculum. tollenda est enim ex animo crudelitas procliuis ad cædem omnium.* Inquit, non decerni pœnas nec cōtra ipsos iniustos quiescētes.[m] Fur, adulter, aleator ex animi propositione sola dicitur ratione quadam, vt si occasio detur, is eius sit mentis, vt velit illa patrare crimina: attamen non secundùm hanc propositionem solam, sed cum aliquo actu intelligitur, vt puniri quis possit.

l *Phi.* Resipuit Noë.

m *l.225 de V.S.*

Nunc dico partis contrariæ argumenta. Quæ hæc sunt.[n] Primum lex à Deo tradita: *Ne morte afficiuntor patres pro filiis, nec filii morte afficiuntor pro patribus. quisq; propter peccatum suum afficiuntor morte.*[o] Quę & obseruata lex in ipso hoc casu perduel-

n *Deut.24.*

o *2.Reg.14. 2.Chr.25.*

lionis: & in eo laudatus obseruator rex Iudæ. Quę etiam licèt loquitur de non interficiendo: hoc tamen verbo omnes significat pœnas, & læsiones. quemadmodum in decalogo, *Non occides.* p vt hoc decalogi sic exponitur à Domino Iesu. q & hoc ipsum legis huius à Iosepho, & à Philone antea. audi Philonem; *Dum vnum genus exprimit, de cæteris subindicat suam sententiam: vt pro nullo delicto in re vlla alius pro alio puniatur, non exilio, non ignominia,* &c. Atque isti argumento non aliter (vt puto) responderi potest, quàm per receptã doctrinam: moralia quidem viuere præcepta Moysis, at iudicialia isthæc mortua esse, & ceremonialia esse mortifera, i. e. moralia, quæ nos ad reuerentiam Dei, & ad amorem proximi habent, ea seruanda sunt semper. viuit enim Deus, & proximus & causa istorum seruandorum. Iudicialia autem sunt mortua, quæ ea sunt, quæ de contractibus, successionibus, iudiciis, & pœnis, & præmiis, & id genus reliquis tradita sunt per leges Moysis: & qualia videmus omnia in omnibus legum libris aptata illi reipublicæ, ad quam latæ sunt leges. mortua hæc dicũtur: quæ eius reipublicæ mortuæ sunt. & quæ viuent in aliis rebuspubl. si apta aliis erunt, vt erant Iudaicę. Ceremonialia appellantur mor-

p *Matth. 5.*
q *Iose. ant. 4.*
q *Phi. de Sp. le.*

mortifera obseruatu: quæ vmbræ erant futurorum, nunc impletorum, & consummatorũ in Christo Iesu. adeo vt Christũ Iesum venisse negẽt, si qui ea obseruent, velut Papistæ. [r] Et hæc Theologi docent omnia; & latè explicant. Si quid ergo aliud (vt concludam de nostra iudiciali) nõ obiicitur aduersum has pœnas, quàm iudiciale Moysis, fortasse nihil obiicitur. [s] Et falsum est, quod tradiderunt interpretes nostri, pœnas istas esse contra ius diuinum. nisi (quod est) laxè accepisse eos hoc vocabulũ pro omni eo, quod scriptũ est in libris illis diuinis, respondemus. [t] Contra verò iudicialia (vt intelligas ea mortua) est suspensio furum: qui legibus his Moysis quasi vt nostris Romanorum puniuntur.[u] Etiam contra est nõ recepta pœna talionis, quam prolixè inducit Moyses. [x] Contra est, cadauera punitorum insepulta velle: quæ ius Mosaicum præcipit sepeliri. Contra sic sunt alia.[y] Leges hodiè militares sunt cõtra militares Moysis. [z] Statuta illa per multas ciuitates excludẽtia filias ab hereditate etiã quũ filii non sunt, at fratres, aut agnati alii defuncti, sunt cõtra eã Dei vocẽ; *Quũ quis morietur, si filius nõ erit ei, tũc transferetis possessionẽ eius ad filiã eius.* Sed sic sunt plura. Et probantur omnia. Etsi scriptores nonnulli disputẽt de

[r] *Iun. de pu. Moy. obs.*
[s] *Alb. 1. de nup. 8.*
[t] *Exo. 22.*
[u] *Exo. 21.*
[x] *Deut. 21.*
[y] *Deut. 21. Phi. de agr.*
[z] *Num. 27.*

nonnullis, & an liceat morte multare fures, proque pecunia animam petere ab illis. [a] Et Scotus dixerit, lege humana nullum posse aliud crimē puniri morte, quàm quod crimē lege Moysis punitum est morte. vt de hoc Scoti Sotus exponit. [b] etsi de ipsa etiam lege, nō interficiendi filios propter patris delictū, scribat Iunius, esse immutabilem. Scio hæc omnia. & scio, singulis responderi; & responsum ab aliis esse. Sed nunc satis habeo, in regula esse iudicialium mortuorum, & quod vsus sic tenet. Et sic igitur responsum sit argumento huic primo. Secundum est pro hac parte, itidem vt pro priore, in exemplis. [c] Nam Senatui Romano non visum, introducere sæuum exemplum, vt filii Cassii perduellis necarentur. & sic seruatum semper Romæ vsque ad Syllam. quæ Dionysius. [d] Augustus opesque dedit ad victum filiis Antonii: Seuerus filiis Plautiani. quæ Herodianus. Hadrianus paria in filios contulit à se proscriptorum. vt apud Spartianum. Marcus plura in filios Cassii. vt apud Vulcatium. [e] Iustinianus noster ipsos etiam perduelles dimisit saluos, immò euexit & ad honores. Quicquid Suida scribat, fuisse Iustinianū ad perdendos homines promptissimum, ad parcendum verò minimè à natura paratum.

a Sot. 5. de iu. & iu. q. 1. a. 2.

b Iun. de po. Moys. obs. cap. 3.

c Dionys. lib. 8.

d Herodia. lib. 3.

e Procop lib. 1. de ad. Iust.

ratum. [f] Defendit Alciatus Iustinianum à fabula in eum confictа de crudelitate erga Belisarium. [g] quam & nonnemo præterea repetiit, & Buchananus. Da veniam, Buchanane. inania ista te non decent. & nimis tu arripis omnia maledicta. [h] Malignitatem redolet historici, & animum cupidum maledicendi, curiosè perquirere multa, atque eadem perscribere curiosius. Maximus historicus Thucydides ne quidem flagitiosissimorum plurima perspicua peccata percensuit. [i] Qui vitas scribit, is singula notat vel leuissima de quibus cognosci homo possit, quem veluti pingit. [k] Qui historias scribit, is (sic veteres sapiẽtes dixere) habet alium imitari pictorem: qui, si archetypum naturæ vitiosum videt, non exprimit in pictura vitium totum, at cautè velat, & abscondit artificiosè. Sed tu de facto Belisarii leges Alciatum.[l] In magnam suspicionem dux ille ductus, tantùm custoditur leniter, & mox dignitati pristinæ restituitur, & ducatibus exercituum: vt ita alii historici notant. [m] Iohannem præfectum prætorio, ad quẽ in Codice supersunt tam multę constitutiones, dignitate semel deiectũ, iterumque, malè multatum à Iustiniano meritum peius, & coactum mendicare stipem, Procopius recitat. Cęterum quod in proposito

f *Alc. 4. par. er. 24.*
g *Card lib. 3. de sapi. Buch. de iu. re. Scot.*
h *Plut. de He. ro. ma.*
i *Plut. Alex. & Cat. Vti.*
k *Plut. Sert. Iose. de vi. su. Nic. Gr. lib. 1*
l *Agath. lib. 5. P. Dia. lib. 16. Cedr.*
m *Procop. 1. de bell. Pers.*

tractatus nostri de clementia, Iustiniani diximus, [n] idem de Augusti legis in historia Dionis. Et ita in exemplis legis argumentum secundum. Quibus deinde tu exemplis responderis, & argumēto, vt exemplis contrariis responsum est. exēpla non obligant, si non & ratio eorum obligans accedit. Rationes imperiorum id ferunt aliquando, imò & exigunt, vt clementer agatur. & rationes imperiorum idem non ferunt aliquando, vt isthic clemētiam exerceat princeps. Sunt omninò plures isthic distinctiones. [o] In criminibus priuatis potestas partis est, etiam ne sit crimen: si tamen corpus lęsum non sit. nam dominus membrorū nemo est suorū. [p] Vbi de præteriti delicti correctione agitur, & id quæritur principaliter, illic nec remitti, nec minui pœna potest. Quod si pœna est ad correctionem futuri, tū ea minui potest, si apparet, pœnitere delinquentē. Sed hìc videndus est Tiraquelli tractatus de pœnis molliendis. [q] Regulariter illa audimus, quod qui relaxat pœnas, is de alieno largiatur, nō de suo. esse enim iudicium ius Dei. Atque princeps vt nequit punire insontē, ita nec queat liberare sontem. Quæ Theologi. [r] Sanè iudices, quia seruiunt voluntati alienæ, veniam non valent dare peccatis. Sed nec principes possunt

[n] Dio. lib. 55.
[o] Bar. l. 18. C. de transf.
[p] Alb. l. 5. de off. praes.
[q] Deut. 1. & 2. Chr. 19.
[r] Lact. c. 19. de ira Dei.

ſunt omnes omnia. Sæpè coguntur ſequi leges principatus,&publiças.Sæpè rapiuntur inuitiſſimi in ea,quę aliorum poſcit iniquitas. s *Vt quũ carceribus ſeſe effudere quadrigæ: Addunt ſe in ſpacia,& fruſtra retinacula tendens Fertur equis auriga, neque audit currus habenas*: hîc ait Virgilius. t Et M. Tullius; *Quemadmodum gubernatores optimi vim tempeſtatis, ſic perſæpè ſapientiſſimi viri fortunæ imperium ſuperare non poſſunt.* u Optimi autem ſunt Virgilii verſus illi; *Natosque pater, noua bella mouentes, Ad pœnã pulcra,pro libertate vocabit,Infelix,vtcunque ferent ea fata minores, Vincet amor patriæ,laudumque immenſa cupido.* Quæ in argumẽto ſecundo. y Eſt autẽ tertium,quod cõtra naturam ſit punitio hæc alterius pro delicto alterius. ſit contra ciuilẽ, & naturalem æquitatem, qua de re dixi etiam antea. Sed &nunc reſpondetur,vel fatẽdo,ſic eſſe iſtiuſmodi pœnas contra naturam:Sed non ideò ſequi,quin iuſtè non imponantur. Nã & bellum, & ſeruitus eſt contra naturam. & iuſta ea ſunt tamen. Vſucapio eſt iuſta. z & per eam tamen fit contra naturalem æquitatem. a Succeſſio ſic eſt,quâ maſculi admittũtur,excluduntur fæminæ, etiã quum excluduntur dotatæ. Et ea tamen ſucceſſio fuit ferè ſemper,etiam lege Moyſis; & hodiè vbique eſt ferè. Sic negata maior huius

s *Virgil. 1. Geor.*

t *Cic. ep. 1. ad Q. fr.*

u *Virgil. Æneid. 6.*

y *Rom. conſ. 510. Decian. 3. conſ. 53.*

z *Alexan. 6. conſ. 36. Felyn. add. Decr.*

a *l. 4. C. de li. præt. Iuſt ed. de Arm. Dec. conſ. 13 Alex. 6. conſ. 36. 121.*

argumenti propositio est, quod quicquid est contra naturam, idem & iniustum sit. & instantias dedimus. At ex disputatione de causis pœnarum constat, cur aliqua contra naturam fiant benè.[b] Quartum modò argumentum prębeant ipsæ leges ciuiles cōtra has pœnas. atque est vna eorundem Augustorum, quorum est lex quincta, quæ pœnas istas inducit.[c] Atque etiam illa altera est lata post hanc quinctam.[d] Budæus autem in consessu amplissimo dicebat, pugnare has leges. Quod si sit, iam præualebit posterior. præualebunt benigniores, quæ vetant has pœnas. Verùm ridiculus est Budæus, qui id de contrarietate dixit. & eum corrigit Contius benè.[e] nam & alia est lex statuens eandem sententiam legis quinctæ longè post legē quinctam.[f] Duarenus autem ineptè sic componit illas leges, vt lex quincta de filiis, aliæ loquantur de cognatis, & amicis.[g] Nam etsi de his, & vxore, propinquis, tribulibus, ciuibus nō inquietandis sint leges quædam:[h] tamen & de filiis aliæ idem tradunt.[i] Aptè igitur Contius, & idem Duarenus in crimine malestatis legem quinctam, alias in aliis accipiunt. quæ & solutio est glossæ, & aliorum ad illas leges. Quod si verò tu rationes vrges illarum legum generales; ego itidem respondebo,

b l.26. de pœnis, l.22. C. eo.

c Cont. l.5. C. ad le. Iul. ma.

d Bud l.3. ad le. Iu. ma.

e l. vlt. C. de bo. pro.

f Duare. C. ad le. Iul. ma.

g d.l.22, itē l.1. C. de vi. pu. & Nou. 52. 128. 134. & C. ne vx. pro ma.

h d.l.26. & Cod. ne fi. pro pat.

i Cont. d. l. 5. Duaren. 2. disp. ann. 24.

debo, esse hoc casu speciali ratione specialem contrariam: quam magis sequi oportet. [k] nam *in toto iure generi per speciem derogatur.* Et ratio ista notata est in disputatione de causis pœnarum, & in fine adnotabitur istius disputationis. Sic respondetur, si quis alias decisiones afferet interpretum, scribentium, nec valere eiusmodi leges, punientes alium pro alio. [l] Quas decisiones refert alicubi Cephalus. Quinctum verò argumentum est à sententia nobilissima, & sine dubio sanctissima; [m] *Non sunt facienda mala, vt veniãt bona.* nam hìc malè sancitur & iniustè filiis pœna: [n] *Meam enim culpam esse oportet, vt mea pœna sit*: Seneca. [o] *Nihil indignius, quàm eum, qui culpa caret, supplicio nõ carere*: Cicero. [p] Atque innocentibus creare periculum, vt nocentes plectantur, id exemplo graue est. [q] Iustinusque, pater nostri Iustiniani, pœnas à natis ex illegitimis nuptiis, qui nihil deliquerunt, exigi, inclemens ducit. [r] Et Vlpianus de simili, vt non minus merita filii, quàm patris delicta sint perpẽdenda. [s] Hoc prouerbiale dictum Iudæis; *Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt*: id est, filii iniustè luunt patrum peccata. Quod quinctum argumentum vitiosum est. quia generaliter quidem vera

[k] *l.80. de reg. iu.*
[l] *Ceph. cons. 594.*
[m] *Rom. 3.*
[n] *Sen. 9. controu. 3.*
[o] *Cic. 2. de inu.*
[p] *l. 2. C. de his, qui latr.*
[q] *Iustinian. const. 3.*
[r] *l. 3. de bo. po. co. tab.*
[s] *Ier. 31. Ezech. 18.*

hæc ſunt:ſed non derogant ſpecialibus. inciuiles hæ ſunt pœnæ, ſi quis generaliter loquitur,ſed ſpeciales,quæ ſuperant,rationes adfirmant eas in quæſtione noſtra. Nō eſt malum, hos filios ita punire. Sextum argumentum à conſenſu ſapientum eſt. Sic enim Solon; *Immeriti facinora luunt liberi auctorū.* [t] Et Seneca hoc inter Syllanæ crudelitatis exempla notat, quod à republica liberos proſcriptorum ſubmouerit. & idē iniuſtiſſimum aſſerit Plutarchus: & indigniſſimum Paterculus: & rem dignam odio hominum, & Deorum indignatione Dionyſius: & Lepidus in fragmentis Salluſtii, quod is Sylla poſt memoriam hominum ſupplicia ſolus in poſt futuros cōpoſuit: queis prius iniuria, quàm vita certa eſſet. [u] Et Plato tradit, etiam honoribus afficiendum filium, bonum ciuem, cuius pater fuerit damnatus crimine perduellionis. & tum puniri ſolùm, quum & pater, & auus, & proauus eiuſdem fuiſſent criminis condemnati. tum videlicet (arrige aures princeps) apparere, labem eſſe hereditariam. [x] Et Philo, nullam eſſe nocentiorē opinionē, quàm ſi cui non pro ſuis meritis fiat in præmio, & pœna, at pro meritis genitorum. & illorum deteſtandam omnibus immanitatem, quorū tam dira eſt ferocia, vt pro alio-rum

t Sen. 2. de ir. 34.

u Pla. 9. de legi.

x Phi. de nobilit. item de ſpec. leg.

rum culpis ab aliis pœnas grauiſſimas exigere audeant: obiectādo cognationes reorum, vel ſocietatem, vel amicitiam, vel aliud ſimile. *Legislatores* inquit, *penes quos ſunt iuris regulæ, perinique ſtatuunt, opinionem ſuam magis, quàm veritatem ſecuti, proditorem plecti vnà cum liberis: tyrannum verò & cum familiæ proximis. Libenter dicerem, Cur ita? Si vnà peccarunt, ſimul etiam & puniantur. Quod ſi nec ſocii fuerunt, nec imitatores, nec felicitatis, voluptatiſque domeſticorum participes, cur interimentur? Ideóne tantùm, quia cognati ſunt? Genus igitur, non ſcelus punitis.* Ad quæ Solonis, & aliorum, ſi qui hoc de ſpeciali crimine tractant, quid reſpondere poſſis meliùs, quàm quod de iure cenſent, imò meliùs ſtudioſi iuris, & legislatores veri, quàm faciunt vmbratiles ſcriptores alii? Solonis leges non vitupero: y etſi eas vituperent alii. Sed quis mihi dicit, Soloné retuliſſe in que leges illam ſententiam? & generali illa ſententia complecti voluiſſe ſpeciem quoque noſtram: quæ ſpecialiter eximit ſe à genere? Etiam ait Solon, Ἀναίτια ἔργα τίνουσιν οἱ παῖδες. *iniuſta opera luunt liberi.* non ait, etiam iniuſtè, & immeritò. imò illo carmine ſignificat ſatis, quod & iuſtè luant. de quo videris. Et præterea hîc poteſt omninò reprehendi Solon, qui

y *Ariſtot.* 2. *Polit.* 10.

leges dedit, nec per annum firmas contra hoc crimen. nam illico Pisistratus oppressit rempublicam. Quæ ad Solonem. At de Syllano facto contra supradictos tenuit, & in re præsenti obtinuit M. Tullius; *Te orante, proscriptorũ liberos honores petere puduit:* de Cicerone hîc Plinius. Scilicet status ciuitatis sic poscebat. vt apud alios quoque est. Quid igitur cõtra rixantur alii, eius reipublicæ peregrini, Plutarchus, Dionysius? Syllæ, Lepidus hostis? Et Seneca, & Paterculus hostes, Cæsariani? Vt ne quid contra istos dicam grauius. Dico argumentum septimum. quod si patriæ, & patriæ patri ciues omnes quasi filii sunt: sæuum videri debet, multare ciuem alterum pro delicto alterius. nam hoc fuerit, ac si pater filiũ multet pro delicto alterius filii. Etiamne patri ero odiosus (inquiet ille) ob demeritum fratris? Et sum ego fratri, pro quo plector, coniunctus magis, quàm patri, qui me plectit? Et contra me plus poterit odium fratris apud patrem, quàm charitas ipsa pro me, & arctior necessitudo patris? [a] Sic sanè fratrem non puniri propter fratrem, tradunt. [b] *Principes sunt publici parentes.* [c] Et sic se appellant. [d] Εἰ δὴ πατέρες οἱ νόμοι τῷ ἀληθείᾳ τυγχάνουσιν (ὥσπερ δὴ καὶ τυγχάνουσι) certè & legumlatores, ac principes sunt Patres. [e] Et ita Hospi-

[a] *Pli. 7. c. 30.*

[a] *Dd. l. 5. C. ad le. Iu. ma.*
[b] *Sym. 10. ep. 22.*
[c] *Cassiod. 4. ep. 42.*
[d] *Leo. nou. 105.*
[e] *Hospi. 1. ep. vlt. Chass. 5. cat. 6.*

Hoſpitalius ille Galliæ, etſi in ſua ipſius cauſa; *Sic reges hodiè, quibus eſt data ſumma poteſtas, communis deceat perſonam aptare parentis: & patria genitos, non patri ducere ciues.* Et ad patriam nec ſunt iſti pater, & filius, ſed ex æquo ciues. [f] nam ad ius publicum non ſequitur ius poteſtatis. At argumento reſpondetur. in ciue puniendo pro delicto ciuis ceſſare, quod caput eſt rationis harum pœnarum, quòd per has pœnas & pater puniatur multùm, & multùm à delinquendo retrahatur. Ecquis præterea oſtendetur ciuis, qui pro delicto ciuis alterius puniatur magis quàm alius? Numquid caſu quilibet capietur? Audi tamen, & ciuis pro ciue plectitur etiam à principe in repreſaliis aliquando, & in aliis caſibus: quos alibi harum diſputationum notaui. Ergo octauum argumentum eſt. [g] quod ſi filius non punitur propter læſam à patre maieſtatem diuinam. [h] quod tamen grauius eſt, quàm lædere humanam maieſtatem. vtiq; puniri debeat minus propter læſam maieſtatem humanam. Cui ſic ſatisfit argumento. quod potentiſſima cùm ſit vis religionis, nullo metu quis coerceri poterit ab ea, quam ſibi verã eſſe definit. Sc, filios, omnia ſpernet hîc omnis. [i] Relinquunt præterea & Deo curam de Deo ſæpè principes.

f *l. 14. ad Treb.*

g *l. 4. l. 19. C. de hæret.*

h *l. 1. ad leg. Iul. ma.*

i *l. 2. C. de re. cr.*

k Contius rub. ad leg. Iul. ma.

[k] Aut tertiò cum Contio, quod etsi grauius est crimen læsæ maiestatis diuinæ: non eadem tamen vbique ratio est publicandorum bonorum. publicantur in læsa maiestate principis: ne filiis, & posteris opes sint reliquæ, quibus pessimum exemplum parentum instaurent. at nullis opibus, aut pecuniis opus est ad crimen admittendum hæreseos. [l] Atque ad humana idem Cardanus; *Capitali damnationi semper accedat bonorum amissio: ne quandoque ab affinibus offensio reddatur. Deficiunt autem animi educatis in extrema paupertate, &c.* Et quod *omnis animaduersio capitis fit sine spe reconciliationis filiorum, proximorum.* Et tamen tertia hæc responsio non mihi prorsus placet: qui video, egentes, & perditos (respice tu ad Catilinarios) in facinora isthæc proniores decurrere. Et immô tradunt viri rerum istarum intelligentissimi, obliuisci filios consuêsse parentum punitorum: non etiam, quum & in dignitatibus, & in fortunis reliquis, quæ ad ipsos post peruenissent, se læsos per pœnas parentũ senserint. Dico quartum.[m] quod imò & pœna multa est filiis hæreticorum. Dico autem nonum argumentũ. quod pœnæ istæ rationẽ non habent.[n] Quæ enim per patrẽ non sunt, ea propter patrem eripi filiis, sit iniquum. Sed mater-

l Card. 3. de sap.

m c. 10. de heret. Clar. § Hæresis.

n l. 3. de interd. & releg.

materna, auita, & aliorũ proximorum, atque extraneorũ bona non ſunt à patre. De infamia hoc amplius.[o] quod ſi infamis non ſit, qui in ſe inuitus admiſit quid infamiſſimum. minus fieri infamis filius debuit propter infame admiſſum patris.[p] *Nullius crimen maculat neſcientem.*[q] Nec impedienda eſt dignitas non peccanti. Sic eſt nonũ. Cui reſpondetur, quod reſponſum eſt pluries, alibi iniqua. nõ eſſe hîc iniqua. Etiam à patre ſit malè eſſe, à quo eſt eſſe. Igitur decimò, item & vltimò ſtabilitur hæc pars deſtructâ ſummâ ratione legislationis cõtrariæ. An enim Deus non nouit, exempla metui paterna poſſe? Aut fecit eum metum nihili, dum lege ſua filios ſecuros eius metus fecit? imò etiam receptior eſt Philoſophis, & Theologis opinio, animam extrinſecus accedere, & non ex traduce eſſe. Nec puto tamen Auguſtin. pro contraria parte magis non ſtare, dubitare, facere liberam cuique ſententiã. vt ante monui:[r] & hîc poſſim alia eiuſdẽ addere. Sed certè eualuit ſententia Hieron. contra traducem.[s] cum quo & latè Aquinas, & alii, & noſtri quoque. & lõgum eſſet, de his exponere. Pulchrè Prudentius;[t] *Vitandus tamen error eſt; ne traduce carnis transfundi in ſobolem credatur fons animarum. Non animas anima pariunt*, &c.[u] *Ani-*

o *l. 1. de poſtul.*

p *c. 1. c. 8. 1. q. 4o.*

q *l. 6. de dec. cur.*

r *Auguſtin. lib. 3. de li. ar.*

s *Aqui. de crea. q. 3. a. 9*

t *Pruden. co. homunt.*

u *Matt. 1. Sem. 9.*

marum originem manare de cœlo constat apud rectè philosophantes. [x] Et sic etiam iure canonico habes. Et sic item Hospitalius hìc; *Sapè malis soboles generosa parentibus orta est. Non etenim veluti vitia vt quandoque parentum Corporis in natis ipsorum expressa videmus: Sic animos animis similes natura figurat: Quorum tota Deo est, tota est cœlestis origo.* [y] Etiam hìc est addendum, quod tradunt communiter, filios ante conceptos non teneri pœnis. itaque aliæ rationes etiam sint nihili, aut imitationis, aut vltionis. Sed de hoc tamen videbimus in disputatione ad legem quinctam. Argumento nunc reliquo respondetur, quod etsi ea sic esset origo animi, adhuc tamen inficietur iste contactu corporis, & corporis temperaturam mores plurimùm cõsequentur. Verùm & de origine controuersum, imò manet Theologisque, atq; Philosophis. Sanè etiam, quæ origine cœlesti habent Theologi, infirmiora mihi videntur, quàm quæ alii cõtrà afferunt pro traduce. Et illa tamẽ non refero, ne de argumento faciam quæstionem, immò tractatum. In chronico Carionis legis; *Sed hæc consideranda iis, quorum ætas maturuit, relinquo.* Et sentit ille, itidem de traduce animam esse. quod & ego magis sentio: qui itidem dico; *Verùm hæc*

[x] c.9.32.q.2.

[y] Alc.7.cons. 19.

hæc ipse equidem spaciis disclusus iniquis Prætereo: atqoe aliis post commemoranda relinquo. Moneo & de Philosophis, qui aiunt, accedere animas extrinsecus, moueri eos hodiè valdè auctoritate Aristotelis malè accepti. [z] vt optimè declarat Zabarella. Quod porrò Deus illam rationem timoris criminum paternorum nihili fecisse videatur: an auertendis mentibus Iudæorum ab illa parabola, *Patres comederunt vuam acerbam* ? Aut quis consiliarius fuit altissimo, & quis nouit consilia eius?

[z] *Zabar. de me. hu. c. 9.*


Volo hìc in quæstione concludere, & quidem cum priore parte, quæ est legis ciuilis, imò naturalis, & gentium. vt in tertio illic argumento dictum est. cui responsum benè non est. quoniam enunciatum generale est. nec id negatur Ciceroni, vt liberi puniantur, qui nihil meruerunt. Moueor itaque argumento illo pro ista conclusione. Item moueor & quincto, cui nec est responsum satis. Scilicet si sententiæ illæ veræ sunt in politia, etiam in iustitia erunt veræ. nam *salus populi suprema lex.* Periculum autem omnium maximum arcetur valdè metu eius legis. Et, periculum esse ex morte, aut læsione principis maximum, quis ignoret? [a] A salute principis, veluti filo, pendere statum. [b] Et itaque orare, & orasse

[a] *Amm, lib. 24.*
[b] *Arnob. libro 4. Tert, apol.*

Christianos etiam pro Ethnicis. c Statũ inde totum concuti. Et alia id genus certissima. d Etiam hoc maximè omniũ malorum metuendũ, cui patrato non est remedium. Videlicet cetera maleficia tũ persequare, vbi facta sunt: hoc nisi prouideris, ne accidat, vbi euenerit, indicia frustra implores: vt apud Sallustium disceprat contra Catilinarios Cato: & indubitatum est: & comparia habet multa. Et cauendum igitur à tanto malo est modis omnibus. Et hic certè est modus potentissimus, si parentes sic viderint, liberosque suos puniri posse. vt est parentum in liberos affectus, quàm in se maior. e vt de hoc copiosè, & videndus Petrus Faber in semenstribus, Vbi, quod hac ratione deterrendorum parentum à tanto scelere sint modi auctoris legis nostræ magis, quàm quod in liberis hereditarii criminis exempla metui debuerint. etsi hæc tamen redditur ratio, illa supprimitur. Nã erat exprimenda ratio aliqua sanè. quæ & fundaret pœnas in ipsis liberis puniẽdis. vt ego censeo. Ego autẽ dixi de modis omnibus, sed pro iurisconsulti officio vtique de iustis intellexi. Et iustos nũc declaro, quos in pœna filiorũ tenet lex nostra. Corporalẽ pœnam, & exilii ea lex non agnoscit, quod nec facit Romana, diuina, alia bona lex. Adi ad Fabrum. Alias, egẽstatis, & infamiæ agnoscit

c *Dec. cons.* 410.
d *Aristot.* 2. *Rh.*
e *Fab.* 3. *Semenst.* 8.

cum aliis bonis. Adi ad Fabrum. Has alias defendo ego iustas per argumentum nonum prioris partis. Cui nec est responsum hîc, vbi æquitas illa sit iniquitas: vbi seueritas expetitur omninò. Neq; hîc est lex crudelis: vt probat etiam Cardanus. Sed & plura sic sunt pro ista conclusione in alia disputatione de causis pœnarum.



DE CAVSIS POENARVM. DISPVTATIO VIII.

Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus. ait regula iuris canonici. De qua intelligimus liquidò, puniri aliquem posse, sine culpa, si causa subsit. Vt argumentũ ab exceptione sic est, vel à cõtrario sensu: vtrumque fortissimum. [a] Et Decius, qui cõtradicit huic fortitudini, improbatur ab omniqus fortiter. *Qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio*: inquit scriptura. & ad id Chrysostomus: *Quare qui irascitur cum causa, non erit reus. alioquin inaniter adderetur ea cõditio*, sine causa. Non est punitio sine causa. Nec est quidquam sine causa, nisi à stultis. & sapiẽs sic dicitur natura, quæ nihil frustra, nihil sine causa facit. quod declarãt physici. Et lex igitur eodem modo: [b] quæ

[a] *Decian. 3. consi. 78.*

[b] *l. 1. l. 2. de legi.*

virorum prudentum consultum.[c] & de qua sic nostri declarant. ineptè autem intelligitur à quamplurimis, quod scribit legislator, non omnium posse reddi rationem, quæ constituta per leges sunt. vt id ostendi ego latè alibi. Sed quæ tamen hîc est ratio, vel causa, vt quis sine culpa puniatur?[d] *Omnis pœna, si iusta est, pœna peccati est.* ait Augustinus. qui, quod *etiam Deus iniustus, si quempiam damnet innoxium.* Et innumera sic sunt vbique.[e] Etiam, ne puniatur innocens, absoluitur nocens.[f] Pœna præsupponit culpam. Et vbi non est delictum, ibi nec pœna esse debet. atque fatua etiam credulitas excusat, &c. quę sunt nostrorum interpretum item plurima. Sed quæ faciant omnia regulam, nec istam limitationem impediant. An tamen de omni culpa, etiam leuissima hoc dictum accipietur? An culpa omnis, etiam leuissima abesse, & pœna tamen interuenire possit?[g] Sanè nomine culpæ significatur leuis in legum verbis.[h] An quia lata accedit ad dolum proximè, & dolo planè comparatur? Leuissima autem ex altera parte quasi ad fortuita appropinquat: certè ea est, qua vacare commune hominum non solet. itaque nec intelligatur communiter, aut regulariter de leuissima dictum. Et itaq; leuis supersit culpa media, de qua

c *Alc. c. 12. de iudic.*

d *August. 1. retr. 9. & ep. 105.*

e *l. 5. de pœn.*

f *Ceph. conf. 242.*

g Dec. *l. contractus Duar. na. ca. St.*

h *l. 7. de susp. tut. l. 226. de V. S. l. 1. si me. fa. m. d.*

de qua propriè verbum accipiamus: quæ sepofita ab illis extremis, culpa propriè, nihil mixturæ habeat. Accedit, quod si non etiam de leuissima accipimus dictum, tanto minus discedemus à regula fundatissima: minus accedemus ad irregulare ius exorbitantissimum. In cōtrarium facit, quod verbum SINE, est prorsus exclusiuum eius, cui adponitur. [i] vt ita illa conditio, *si sine liberis*, non existit, si vel vnus filius sit *nam quem sine liberis esse dicere nō possumus, hunc necesse est dicamus liberos habere.* Item, quia hîc ad causam confugitur frustra, si non etiam leuissima cessat culpa. cùm per eā culpam pœna rectius induceretur, & solennius. [k] Vt sic scilicet puniuntur non rarò culpæ leuissimæ, & delicta ignorantiæ, atque delicta inuoluntaria ob aliquam culpam in ignorantia. Ignorantia, quæ omnis culpæ expers est, ea certè non punitur. [l] *Proxima puris sors est manibus nescire nefas.* [m] Ea, quæ ab imprudentibus fiunt, ne in rationē quidem competunt peccatorum. vt ita quidā apud Philonem. & rectè, si nulla culpa subsit. *Sine culpa, nisi subsit causa.* Etiam ne de omni causa? etiam de iniusta? vocabulum sic sanè patet latè. atque impropriè accipi de sola iusta videtur. [n] *Communi consuetudine sermonis abutimur, cùm dicimus, velle*

i *l. 149. de V.S.*

k *Castr. Duar. l. 1. de legi. Ceph. cons. 640. Cuiac. 19. obs. 10.*

l *Sen. Her. fur.*

m *Phi. libr. alleg. le.*

n *Cic. de fa.*

aliquid quempiam, aut nolle sine causa. Ita enim dicimus, SINE CAVSA, *vt dicamus, sine antecedente causa, non sine aliqua*: ait Cicero. Et si iniusta causa excusat, quid non eadem etiam punit? si vbi causa excusat, ea etiam iniusta excusat; quid ni causa etiam iniusta punit, vbi causa punit? [o] Sumus quidem iustitiæ sacerdotes. [p] & quod iniustum sit, leges pro nullo ducunt. [q] etiam quum ipse vsus loquendi supra omnem sit proprietatem: & causam de iusta intelligat. [a] videtur neque accipiendum hîc de omni causa, sed de iusta tantum. Videamus causas ipsas, ex quibus conceditur punitio. quę non omnes censebuntur iustę satis. [r] Et in alienis iniuriis vindicandis legem ad tria intueri oportere, scribit Seneca: ad solatium affecti iniuria, ad securitatem eiusdem in reliquum, & vt reliqui etiam securiores viuant malis sublatis. Atque ad primum facit Publii versiculus elegans, *Læso doloris remedium læsi dolor.* [s] Et id etiam de cognatis, & affinibus læsi dicimus. [t] Et de solatio hoc nos explicauimus etiam in libris de iure belli: quum de vastitate, & incendiis ageremus. [u] Sed Cardanus ferinum, immò vipereum clamat hoc, & vsurpatum veteribus pessimo exemplo solùm in bellis, nec trahendum ad pacata iudicia. Qui vir magnus

[o] *l.1. de iust. & iu.*
[p] *l.221. de V.S.*
[q] *Alc. lib.2. de V.S.*
[a] *Dec. c.2. de consti.*
[r] *Sen.1. de Clem.*
[s] *l.28. de pœn.*
[t] *Alber.2. de iur.b.23.*
[u] *Card. enco. Ne.*

magnus valdè decipitur in eo, quod Æneæ etiã facta vituperat isthic. [x] Et ego in iisdẽ libris bellicis ea Æneæ facta tutatus sum. Et ego hìc de legibus nostris eadem extra bellum ostendo. Quamquam addit Cardanus verbis suis limitationem, si aut improbus sit, in quem pœna statuitur ad aliorum solatium, vel exemplum statuatur in facinoribus atrocioribus. Et hæc etiam nos sequimur plurimùm. Age, ad secundam causam nunc adde versiculum alium: *Ferendo veterem iniuriam prouocas nouam.* Iniuriam vlciscendam, ne fiamus præda omnium, Aristoteles scribit, [y] & ad Aristotelem interpres nonnemo; & nos ad belli ius, quum de causa vtili bellorum egimus. Et sic Gellius, inferendam pœnam ad dignitatem læsi sustinendam, & auctoritatem: ne prętermissa animaduersio pariat contemptum, & leuet honorem læsi.[z] Adi ad Gellium, qui hoc quoque tractat de causis pœnarum. Adde Platonem in Protagora, [a] laudatũ itidẽ Senecæ, & tradentem, non infligi pœnas causa facinoris præteriti: factum enim infectum fieri nequit: Sed habita futuri temporis ratione, ne is, qui iniuriam fecit, faciat iterum. Et habes adfirmatas tres illas causas, solatium læsi, securitatem eiusdem, & aliorũ: item procuratio-

x *Alb. 2. de iu. be. 10.*

y *Casfr. sect. 5*

z *Gell. 6. c. 14.*

a *Sen. 1. de ira.*

nem dignitatis læsi, & veluti frenum lędentis.[b] Pœna delinquenti etiam veluti medicina ægroto. quod ait Philo ille Platonizans: θ & quod ipsum est de Platone: Πῆ δ' ἀδικοῦντα λανθάνειν, καὶ μὴ διδόναι, δίκην λυσιτελεῖν; ἢ οὐχὶ ὁ μὲν λανθάνων, ἔτι πονηρότερος γίγνεται; τοῦ δὲ μὴ λανθάνοντος καὶ κολαζομένου τὸ μὲν θηριῶδες, κοιμίζεται, καὶ ἡμεροῦται, τὸ δὲ ἥμερον ἐλευθεροῦται; καὶ ὅλη ἡ ψυχὴ εἰς τὴν βελτίστην φύσιν καθισταμένη, &c. Et in disputatione nostra apparet de patre homicida accusando.[c] Pœna punito correctio, aliis exemplum: item studiosus Platonis Clemens Alexandrinus. Prosequamur de exemplo.[d] Pœna vnius, exemplum multorum: ait lex.[e] Sicut vnius peccatum prouocat alios ad peccandum: ita vnius pœna reuocat alios à peccando: ait interpres.[f] Non quia pœna placet, sed quia metu pœnæ terrentur: etiam lex. Sed sic passim nostri.[g] Sic & Demosthenes, duas esse res, propter quas feruntur leges omnes, ne quis quidquam iniustè agat; & si agit, puniatur ad exemplum aliorum.[h] Sic & Theologi aiunt; duplicem finem pœnarum, vt terra sceleribus, quibus quasi polluta est, purgetur; & vt sit exemplum omnibus. θ Exemplum Ebręi dicunt à videndo, eo quod omnes in illud oculos coniiciunt. Græci παράδειγμα, ostentui positum.[i] Etiam & quum non vnus punitur, sed & gens tota.

b Phi. 1. de agr.
θ Pla. 9. de rep.
c Cl. A. Str. 6
d l. 1. C. ad le. Iu. rep.
e Io. And. c. 7. de sta. mo.
f l. vlt. C. de ep. & cl.
g Dem. 1. co. Aristog.
h Caluin. 2. tab. 1.
θ Drus. Nahum. Sopho. 3.
i R. Moys. Ægy. 3. duc. dub. 42.

vt to-

vt tota alia gens timeat malè facere, & dicat, ne contingat nobis, quemadmodum illi, &c. quæ Theologi Ebræi. vbi & pœna est sine omni omninò culpa in pueris, & infantibus: Sed non sine causa, at pro exemplo. Vt sic veteres Latini etiam dicebant exemplum pœnas maximas, & terrificas. quod expositum Gellio est. & exemplum est, quod aliis manet:[k] quemadmodum contra pœna irrogata sine exemplo, quæ non manet aliis. Sic autem & bestiæ in exemplum puniuntur, & in terræ purgationem, vt mox notabo.[l] Leones verò crucifixos alicubi ad alios terrendos in Africa, Plinius scribit. & nos fieri sæpe videmus paria cum aliis bestiis. Vt frustra sint, qui adfirment, frustra graues infligi in exemplum pœnas.[m] quasi naturæ instinctu ferantur facinorosi, & impetu cæco. Ecce enim etiam bestiis exemplum statuitur: & bestiæ etiam sic terrentur. *Naturam expellas furca, tamẽ vsque recurret?* & animi mores sequuntur corporis temperamentum? vt hîc Galeni est liber.[n] Frustra & Piccolomineus disputat hîc contra Galenum, tradentem hoc de moribus sequentibus temperamentum corporis: & probantem cum aliis pœnas in exemplum. quę sint pugnantia: cùm inanis esset terror, si mores seque-

[k] *Inst. de inna.*

[l] *Plin. 8. cap. 16.*

[m] *Alc. l. 12. C. de trans.*

[n] *Picc. 1. ph. mo. 29.*

tentur temperamentum. Nos enim Piccolomineo primum respondemus, loqui Galenum de viribus animi sequentibus temperamentum corporis, non de moribus. Item sequi nihil esse Galeno aliud, quàm quod ex ea temperatione afferatur aliquid opis ad animi virtuté comparandam. vt sic expresśè Galenus ipse præfatur. quæ & sententia est Aristotelis, & sua Piccolominei, & omnium, & verissima. Sed etsi Galenus poneret moribus necessitatem sequendi temperamẽtum; non tamen idem aut sibi contradiceret, aut rationi, dum statuit quoque in exemplum pœnas. Neque enim dicit, mutari mores, aut animum in bonum, sed absterreri pœnis à malo. *Oderunt peccare boni virtutis amore. Oderunt peccare mali formidine pœnæ.* Isti sunt, qui pilum mutant, non animum. Nec verò cupiditas tantum est in facinoroso, quæ illum quasi calcar exstimulat, & impellit præcipitem ad malum, sed etiam inest metus pœnæ, veluti frenum, quod retrahit eundem, & cohibet potenter. Et sic igitur duplex est quęstio. vna, si pœnæ possint mutare morem, & inducere habitum virtutis, stante Galeni sententia de necessitate sequenti temperamentũ. Et negatur. & non dicitur à Galeno. Altera est quæstio, si cum eadem sen-

tentia

tentia necessitatis stet, vt metus pœnarum absterreat à delinquendo. quæ est quæstio nostra. & in qua adfirmatur à Galeno, à nobis, ab ipsa quotidiana experientia. Miror, hîc lapsum virum doctissimum. φ Sed & vir acutiss. sic lapsus, qui sic scripsit, esse periculum, ne leges omnes essent inutiles: nam boni non egent, mali non fiunt meliores. Nūc pergamus de exēplo. Exemplū terret, & corrigit. o Exemplum corrigit, inquit Cl. Alexandr. nam malus videns, malū puniri, ipse vehemēter castigatur. Atq; iste habet pręterea, quod notetur pro alia causa, nēpe puniri peccantē, ne alii ab eo corrūpantur. vt pars putrida secatur à corpore. Peccato vnius prouocari alios ad peccandū, dixi antea. p inuitari homines ad delinquendum, si delinquentes non punirentur: imò cogi: & itaq; succurrendū probis cōtra improbos, ne etiā illi cogātur improbi esse: scribit legislator Iustin. Sed sunt aliæ adhuc plures pœnarū causæ. Est alia, ne vllum sit emolumentum delinquenti. quam notauit Hyperides in oratione de fœdere Alexandreo. Et sic pœna æquat, quod erat inæquale in actione, & passione delicti. q quod Arist. Et sic dicitur, pœnā esse delicto cōmensurandum. r Est alia causa, ne aliàs vindictā ipse sumere priuatim velit, qui lęsus est. & ita tur-

φ Lucia. in Demo.

o Cl. A. Str. 2

p Iusti. ed. 7.

q Arist. 5. Ethic.

r Quinctil. decl. 13. Duaren. de pœn. cap. 1.

betur ciuitas. de quo probè notat Duarenus. [s] Et Demosthenes, quod conuicii actio detur, ne læsus ad verbera cogatur ire: item verberum, ne ad vulnera: item vulnerum, ne ad cædes. Est alia causa, iustificatio etiam ipsorum delinquentium. [t] Nam fiunt quodammodo iusti, qui pœnas sui delicti dant. [u] Et itaq; Græci de punitis, *ἐδικαιώθησαν, iusti facti sunt*. vt obseruauit M. Tullius. & Itali hodiè *sono stati giustitiati*. Galenus autem notat & hanc causam pœnarum; bonũ ipsius affecti supplicio. & addit rationem, quæ sit & alia hic causa; quòd melius ei sit, non esse, quàm esse, qui emendari nequit. [x] *Finis vitæ, finis culpæ*: sanctè Ambrosius. Cæterum idem Piccolomineus aliam litem Galeno intendit hîc. Ait, Galenum sumpsisse de [θ] Platone id dicti: at Platonem dixisse benè, Galenum accepisse malè. Homini quippe Galenico, cui anima sit mortalis, non possit esse melius mori, quàm viuere. At hîc quoque is litigat infeliciter. Si homo Galenicus definit cùm facere malè, tum etiam esse malè. [y] *Beneficio afficitur, si obsessus vitiis immedicabilibus interficitur, nam à malis liberatur*: inquit Clemens Alexandrinus. [z] *Optimi medici conclamatis, desperatisque corporibus non adhibent medentes manus: ne nihil profutura ratio doloribus*

[s] Demo. co. Con.
[t] Arist. 5. Ethic.
[u] Cic. Verr. 5.
[x] Ambr. de bo. mo.
[θ] Pla. 3. de rep.
[y] Cl. A. Str. 1.
[z] Apul. de philos.

bus spacia promulget. ita eos, quorum animæ vitiis imbutæ sunt, nec curari queunt medicina sapientiæ, mori præstat: Apuleius scribit. Aut num quisquam est, qui putet, non grauissimis afflictari cruciatibus, qui vitam agit facinorosè? [a] *Tanto miserior quis conuincitur, quanto facilius mala eius voluntas impletur*: Sic Augustinus. & de Cicerone: *Velle, quod non decet, id ipsum miserrimum est. nec tam miserum est, non adipisci, quod velis, quam adipisci velle, quod non oporteat.* [b] Insignis pœna, infinita, & immensa miseria, posse omnia mala facere: Philo ait. Sed & aliæ multæ hìc sunt Philosophorum sententiæ, & verissimæ. Neque tu mihi hominem, totum positum in vitiis, & mortuum omni sensui ponas, aut veriùs fingas. qui fortè nec vsquam sit. & qui vnus sit. non sit Galenicus. Ergo & homini Galenico expedit mori immedicabili. Animæ autem immortalitas quid faciat Platonis sententiæ sustinendæ magis, ego non cerno. & cur expediat malis mori, quia supersit anima. Etenim pœnasque Plato, non gaudia, ponit animis improborum post hanc vitam. At si anima Galeno non superest, bellè sit cum improbis sanè. [c] vt dicebat nobilis mulier apud Clementem Alexandrinum. Hæc autem quæstio tractata Theologis,

[a] *Aug. ep. 121*

[b] *Philo de conf. lin.*

[c] *Cl. A. Str. 4*

notata canonistis est, An melius sit nō esse, quam miserum esse. In qua quidem concluditur, quod videatur pro Platone esse contra Galenum. Ecce sic Augustinus: [d] *Si quis dixerit, non esse, quàm miserum me esse, mallē, respondebo, Mentiris: ipsum esse quam magnum bonum, quod & beati, & miseri volunt.* [e] Et idem alii. Canonistæ etiam, quod malint homines puniri priuatione visionis Dei, re omnium miserrima, quam non esse omninò. Atque iidem de eodem Augustino, quod si mali possent, mallent in inferno Deum videre, & in pœnis esse, quàm extra pœnas non videre Deum. Sed & quod si mallent hoc, quod impossibile: quia nullus possit videre Deum, & cruciari, vel non videre Deum, & non cruciari. tamen & illud mallent, non videre Deum, quàm non esse. Ego verò, vt hæc admiserim, concludo adhuc contra Piccolomineū. quoniam hæc quidem sint Theologorum, & Canonistarū, sed non sint tamen Ethnicorū, & Galeni. Homini Galenico immedicabili sit melius non esse, quàm esse. Succurrit nūc pro Piccolom. immortalitatē facere sustinendæ sententiæ Platonis: quia & purgationē is statuit in illis pœnis. [a] vt de Platone sic Virgil. *Ergo exercentur pœnis*, &c. At hæc mihi satis. Velim autem semper, Galenum videri

d *Aug. libr. 3. de lib. arb.*

e *Io. And. c. 3. de bapt.*

a *Virg. Æn. 6*

videri in eo libello ad has pœnarum causas, & Cl. Alexandrinũ in quarto stromate, & Platonem libro nono de legibus, & Gelliũ lib. 6. Sed & stromate primo, atque vltimo Clementem. vbi de emendatione, quam diximus, delinquentis etiam fortuitò, vt fiat correctior, attentior. quod & Gellius. f Propter quam causam cessantem fit, ne delinquentis heredes puniantur. Est verò alia causa puniendorũ peccatorũ, horum odium. quæ superest causa semper, vt vt aliæ deficerent omnes. g Et sic ipsæ interfici bestiæ videantur: & ad grauitatem ostendendam peccati deletæ diluuio. Atque ad bestias adhuc, cũ quibus fœditas abominanda, ne tanti criminis instrumentũ supersit aliis quoque in laqueum: possit autem refricare facti memoriam semper. h *Quaeritur, quomodo sit reum pecus; cum sit irrationale, nec vllo modo legis capax? Pecora, inde credendum est, iussa interfici, quia flagitio contaminata indignam refricant facti memoriam. Et reum dicitur per metaphoram: sicut dicitur iratum mare: ab animali ad inanimale ductam.* AVGVSTINVS. i Et de memoria facti circa locum est in iure canonico. k Et itaque de excidio Numantiæ nostra disputatio de iustitia bellica Romanorum, & alia, & de aliis excisis vrbibus. l At de occisis bestiis aliam

f *l. 20. de pœnis.*

g *Leuit. 20. Genes. 6. vbi not.*

h *Aug. Leuit. q. 74.*

i *c. 9. dist. 8?*

k *Alb. 2. de ar. Ro. 8. & de im. be. 3. cap. 7.*

l *R. Moys. Ægy. 3. duc. dub. 41.*

tradit causam rabbi Moyses Ægyptius: *Occisio bestiæ propter mortem hominis nõ fit propter pœnam eius, sicut fingunt contra nos blasphemi legis. Sed fit in pœnam domini. Et idcirco perditur totũ, ne aliquid vtilitatis consequatur ex eius carne. Eadem ratio est iumenti, cum quo coierit homo. vt dominus custodiat illud. Sic enim dolent homines de pecunia sua, vt de animabus suis. quidã etiam* m c. 11. 1. q. 4. *præponunt animæ pecuniam.* m Quod & in iure canonico: *Animalia Ægyptiorum, & primogenita morte consumpta sunt, vt in illis punirentur, quorum felicitate lætabantur.* n Pausf. Att. & Dẽ. co. Aristogit. Et idem ius de his plura. n At verò etiam alibi (quid criminabantur?) bestiæ pœnis affectæ sunt: & sæuitum est contra inanimata, etiam in domicilio legum, Athenis. vt o Plut. an br. ra. in. Pausanias, & Demosthenes habent. o Etiam (quod magis notandum) si gallus gallum p Magi. 1. misc. 20. iniisset, viuus comburebatur. p Quæ cum cane rem habuit, cũ cane flammis absumq Clar. §. fi. q. 99. pta in Gallia. q Et sic alibi consuetudo puniendi animalia. Scribit Clarus tamẽ, communem esse opinionem interpretum, ne sit puniendum animal. Et hanc sequitur opinionem contra consuetudinem: vno illo excepto casu, quum miscuit homo se animali, & quum interfici cum homine simul potest animal. Et sic Clarus propter legem Dei.

Dei. Cæterum iudicialia hæc neque tenent nos. neque non alii plures casus sunt illic, quum bestia interficitur. [r] Si hæc occiderit hominem, lapidatur. nec caro ipsius comeditur. [s] Sic charus Deo est homo, vt reposcat sanguinem eius vndique. de quo & alii, & Philo : qui, quod nec sacrificio vtilis bestia. [t] Referunt autem nostri interpretes pœnas has brutorum, & inanimatorum ad exemplum. Sed & Clarus de terrore notat, qui sic aliis impuris incutitur. Iamque plurimas diximus pœnarum causas : solatium affecti iniuriâ : defensionem honoris eiusdem : item eiusdem securitatem : & securitatem aliorum : medicinam delinquentis : attentionem in posterum eiusdem : & iustificationē eiusdem : item eiusdem bonum : adæquationem actionis, & passionis : terræ purgationem : priuatarum vindictarum ablationem : memoriæ peccati deletionem : odiū peccati : prohibitionē corruptionis aliorum : exemplum.

[r] Gen. 6. Exod. 21.
[s] Ioseph. 4. antiq. Phi. de sp. leg.
[t] P. Ærod. 1. decr. 24. Decian. 9. pr. 17.



ALIVS PECCAT, ALIVS PLECTITVR.

DISPVTATIO IX.

DIximus in Disputatione præcedente, quum alius peccat, alius plectitur: in quo & qui peccat, plectitur tamen. Et in hoc notanda illa iuris canonici, quemadmodum populus Dei puniebatur propter regis Dauidis peccatum. audi: *in lata gente gloria regis est, in deminutione plebis contritio principis, qui ergo de numerositate suæ gentis superbiuit, iure in eius deminutione punitus est.* Ibidem alia. de animalibus Amalechitarum interficiendis, vt examinaretur cupiditas Israeliticæ plebis. animalia Israelitarum afflicta, vt isti auctorem suum, quem per beneficia cognoscere noluerunt, saltem inter supplicia sentirent. Ibidem adhuc alia. Et, quod spectat aliò, de paruulis Sodomitarum perditis, quibus paterni sceleris adempta successio sit. Et sic de perditis in diluuio, alibi. a Charus qui est delinquenti, punitur ex hac causa, vt abstineant homi-

a *Dec. cons.* 64.

homines à delinquendo: intelligentes, plecti charos suos posse, de qua alii, & Decius in responsis. [b] *Nemo carnem suam odio habet.* Cicero autem in epistola ad Brutum: *Nec verò me fugit, quàm sit acerbum, parentum scelera filiorum pœnis lui. Sed hoc preclarè legibus comparatum est, vt charitas liberorum amiciores parentes reipublicæ redderet.* Et loquitur de liberis perduellium. de quibus & sua sit à nobis disputatio. Inquit autem, *Preclarè.* ne tu duritiem solam hîc censeas. [x] Quamuis & dura seruanda est lex. [y] *Finaliter si dicis, iura hæc iniusta, & dura. respondere possum, reipublicæ tamen expedientia. vel ad minus, sic scripta, ergo & seruanda*: ait interpres iuris canonici. Sed nec vlla tamen ita dura est lex, vt absque magna ratione sit etiam. Seueritas illa est duritas, nec iniusta est, [a] etsi alia non modò ab æquitate, sed alia etiam est à iure. Est seueritas, siue rigor excessus iuris, & austeritas, scripta aliquando ad terrorem, & tenenda vbi timetur exemplum mali. Inducitur & contra naturalem æquitatem pro bono publico, & sic ex causa. vt rectè scribit hæc Speculator. quod subdit, non rectè, vt aliquando etiam sine causa, & sine ratione idem inducatur rigor. Nam, vt dixi, lex etsi dura dicitur, eadem tamen non

[b] *Acc. l. 1. in ius vo. vt ea.*

[x] *l. 12. qui, & à qui.*

[y] *Io. And c. 4. qui ma. acc. po.*

[a] *Specul. de dispens.*

ſine cauſa,& ſine ratione dicitur. Malè hoc Speculator, & alius nõnemo ex illo infert. Peſſimè idem cum pluribus aliis abutitur IVLIANI ſententia, quod *non omnium, quæ à maioribus cõſtituta ſunt, ratio reddi poteſt.*

[a] *Alberic.1. Lect.2.*
[b] *Alc.lib 1. de V.S.num. 14.*

[a] Et de hac expoſui ego in Lectionibus. [b] De lege autem dura, & rationabili tamen explicat ALCIATVS probè, & in ea lege oſtendit, quam Speculator, & alii contra citant. Poſſumus pati, vt iniuſtũ, iniquum quid dicatur; at, vt quid dicatur eſſe ſine ratione, & cauſa, pati nullo modo debemus.

[c] *Gl.c.3.diſtinct.1.*

[c] Dicitur ius illud nec iuſtum, nec æquum, vt promoueri ad ordines Eccleſiæ neque at is, cuius vxor adulterium commiſit: ſed idem tamen pro bono eſſe.

[d] *Bal.5.conſ. 178.*

[d] Baldus verò ex facto conſultus reſpondit, quod etſi contra rationem naturalem potentiſſimam ſit, vt ille, qui non deliquit puniatur: & contra rationem pœnarum, quæ de culpabilibus intelliguntur; & contra regulam; ne puniantur non potentes prohibere delictum, & ne puniatur ignorantia, ſed ſcientia. tamen lex bona ſit, etſi æqua non ſit, quæ pœnam irrogat non capientibus malefactores. Eſt enim, vt ipſe ait, ius non modo ars boni, & æqui, ſed etiam æqui tantùm, & boni tantùm.

[e] *Bud.l.1.de iu.& iu.*

[e] Ineptè Budæus hæc indiſtincta facit: & noſtros

ſtros notat, qui diſtinguunt. [f] Et certè plura ſunt, quæ in iure habentur bona, non æqua. [g] Æquitati derogatur propter publicam vtilitatem. Etiam naturali æquitati: vt in vſucapione apparet, & exemplum paſſim ponitur. [h] Quamquam & idem BALDVS belliſſimè, quod omne vtile publico, id etiam ſit æquum. quia æquitas nec ſit aliud, quàm pietas quædam: & hæc maximè debeatur reipublicæ. Hæc pietas generaliter vincit contrarias rationes, nec tamen ſine adiunctis rationibus ſpecialibus. aut illa ratio generalis obligaret ſemper omnes. Et tamen non omnes obligantur, ſed filius pro patre, vxor pro viro, cognatus pro cognato, amicus pro amico, ciuis pro ciue, & ſimiles. [i] Filius autẽ pro patre, nec hæres obligatur in primipilari debito, an quia ſemper eſt hæres honorum patris, etſi non eſt hæres bonorum? Et hæc ratio in cauſa primipilari fauorabiliſſima ſit excepta, licèt non excipiatur in aliis. Filius non eſt alius à patre. [k] vt itaque ſcribit ALBERICVS, patrem teneri pro filio: quia quod dicitur, alium pro alio non teneri, verum ſit, ſi ſit ille omninò alius. [l] *Liberi, ſi verum fatemur, inſeparabiles ſunt partes parentum, propter communem ſanguinem, & coniunctionem mutui affectus*: Phi-

f *Alexan.* 2. *conſ.* 115.
g *Gl. l.* 3. *de iu. fiſ. Iohan. And. c.* 8. *de imm. eccl.*
h *Bal. l.* Barbarius.
i *l. vlt. C. de primip.*
k *Alb. l.* 1. *C. ne vxor pro mar.*
l *Phi. de pramiis Sacerd.*

lo.[m] *Et natura pater, & filius eadē esse persona penè intelliguntur*: Lex nostra. eadem de viro, & vxore. Verè isthic vna caro. vt dico in disputationibus de nuptiis. Eadem de cognatis.[n] qui pars corporis, & participes honoris nostri. Eadem de amicis.[o] inter quos est ius fraternitatis. Eadem & de ciuibus.[p] quorum & societas est. Eadem similium omnium.[q] quibus sic nocet alterius aliquando delictū propter cōiunctionem cū illo. At verò etiam singulares afferuntur omniū rationes. Illa tamen adhuc generalis videatur, vt studeant, & vigilent omnes, ne delicta patrentur: propter quæ puniri possint alioqui innocētes: vt abstineant omnes à delinquendo; dum sentiunt, obsides esse suos delictorū suorum.[r] Legum, quæ puniunt cognatos delinquentis, qui eū non cœperint, hæc ratio dicitur, vt homines sint tanto minus prompti ad delinquendum, quanto intelligunt, se à suis capiendos esse. Quam rationē etiam sufficere sine alia culpa, tradunt interpretes iuris. Quæ punit ciues itidem non capientes malefactorem, eius legis ratio singularis exponitur à Baldo, quod fingantur & ipsi delinquere per patientiā, vel ignorantiam, & delictum ipsis placere videatur. Vbi includitur culpa nonnulla.[s] Includitur culpa illic, vbi puniuntur

ciues

[m] l. vlt. C. de impub.
[n] l. 35. 39. de ed. ed. l. 22. C. de agr. & cēs. l 5. de iniur.
[o] l. 63. pro soc. & prou. 18. Alcia. 1. præf. 28.
[p] Aug. 19. de ciuit.
[q] l. 1. si quis al. te. pro & gl. si vas. feu. priu. cui def.
[r] Fely. add. Decr.
[s] Alc. 6. parε. f.

ciues ob damnum viatoribus datum in territorio. quoniā tutas præstare vias publicas debent.[t] Moyses isthic cædē occultam non punit, sed tantum expiationes eius indicit vicinis. in quo tamen & quædam punitio est.[s] Sed est pulchrum Bartoli consiliū, & veluti arbitri iuris, isthic, in quo negligētia videtur puniri. & quod ista tamē negligentia abfuisse probetur, si maleficium in loco abscondito fuit: si propè alienos fines, in quos recipere se potuerint malefactores: si hi plures erant, quàm vt capi possent absque magno apparatu. Adieris ad illud consilium.[u] In amicis autem Gracchorum perdendis fuit ratio Romæ, ne quis amicus esse ei vellet, qui foret reipubl. inimicus. Quod fortè accipietur in eo solùm, qui sit amicus alteri tum, quum inimicitia esset.[x] Alioqui valeat M. Terentii equitis Rom. oratio, quæ valuit sæuissimis Tyberii temporibus, vt amicitia distinguatur à crimine, &c. apud Tacitū. Quū inimicitia aduersus remp. exerceri incipit, ei inimico publico renunciāda amicitia priuata est.[y] Nec enim rectè defendit se C. Matius, dum scribit, se in ciuili dissensione non esse secutū Cęsarē, sed amicum: si Cæsar erat reipub. inimicus: & ius suum persequebatur hostili in patriam modo. quod nec ipse Matius negarit:

[t] Deut.21.

[s] Bar.1.cons. 102.

[u] Val.6.c.3.

[x] Tac.ann.6.

[y] Cic.11.fam. 28.

qui subdit, *Quanquam re offendebar, tamen non deserui.* Est plurimum in modo. z *Causa repetentis bona est, mala sic petentis*: ait Seneca contra Polinycen, qui patrium sibi regnum debitum repetebat per bellum. a Aliam rationem secuti Carthaginenses sunt in nece cognatorum Hannonis: videlicet, ne superessent, qui vel imitarentur, vel vindictam meditarentur. Et hîc nulla culpa est punitorum. b Nisi dixeris tu in crimine eo maiestatis, quod facinus tantum sine multorum conscientia penè esse non possit. & ii verisimiliter sint, qui sunt cognati. c vt cognati censentur scire facta cognatorum scilicet. d Quamquam de his, quæ secretò fiunt, hæc scientia non intelligatur per ius nostrum facilè. Sed regulæ tamen lex innitetur. e Legis, punientis, propter delictum filii patrem dicitur ratio, vt pater sollicitus sit de filii educatione. f Vt sollicitè aduertant, qualiter socii faciant, ratio legis est, obligantis alium pro alio. Est ratio statutorum, quæ dicunt, quod vno de cognatione delinquente cæteri teneantur. vt sic scribit Bartolus. ⊕ Vt magis ille abstineat à delictis. vt alii ad Bartolum notant. qui, & quod sufficiat sola causa, licèt non interueniat culpa eius, qui punitur. g Et itaque etiam causa cessante punitio-

z *Sen. Theb.*

a *Iustin. lib. 21. Oros. 4. c. 6.*

b *Card. 3. de sap.*

c *l. pe. vn. cognati.*

d *Alc. l. 1. si ce. pe.*

e *Ias. §. actiones.*

f *Bar. l. 5. C. de fab. & ibi add.*

⊕ *Alex. l. sæpè. de re. iud.*

g *Alc. 1. præ. 24.*

punitionis ipsa quoque cessabit punitio ista. Ecce sic non punietur filius, cognatus, amicus, qui odio nunc sit delinquẽti. quoniam in eo lex non modò propositum sibi finem absterrendi à delicto non consequeretur, sed contrarium induceret. cùm quis eo sit peccaturus libentiùs, quo ex delicto suo pœnam ad alium venturam senserit, quem oderit sanè. Et id interpretes docent. Quid ni hoc idem, si quæsitam per leges sollicitudinem præstare cognatus, alius absens fortè semper, nequierit vllo modo? Ita autem & leges sunt plures, quæ puniunt in alio culpam alienam. & earum legum causæ quoque sunt plures.[h] Tenent verò communiter doctores valere has leges, etsi duras. Valere in pœnis pecuniariis, nõ in corporalibus. vt item communis est opinio. Non valere nec consuetudinẽ in corporalibus. quicquid aliqui isthic sentiant cõtra. vt docet DECIVS. Non valere, etiam si consuetudo, & puniendi voluntas (puta, aliquem ita fideiussisse) coniungantur. vt contra Decium que scribit alius: qui, quod de facto sic factum cum fideiussore alicubi, ius non ostendatur inde. De facto duces belli, & quosdam principes sic agere in corporalibus, item alius notat ad Decium. Ego tamen in bello ius

h *Dec. c. 1. de consti. & ibi add.*

hoc esse defenderim: & exemplo belli idem in causis similibus, quæ publicum statum respiciunt, vt causa est perduellionis. i Et quidem in ista causa specialiter valere leges, & statuta, quæ corporaliter puniunt pro crimine alieno, idem Decius respondet. Et idem de pœna infamiæ. De qua inque causis aliis idem contra Baldum defendit Alexander, & item Decius. k BALDVS, quod fauore reipublicæ valeat statutum, vt omnes consanguinei rebellium magnatum sint banniti, nisi præsentauerint ipsos rebelles viuos, vel mortuos in termino anni. quod & alii probant. Ille fauor reipublicæ ad arcendos filios proscriptorum à republica vrgebatur per M. Tullium. Audi: l *Quid enim crudelius, quàm homines honestis parentibus, ac maioribus natos à republica submoueri? Sed ita legibus Syllæ continetur status ciuitatis, vt his solutis stare ipsa non possit.* Inquit, *Quid crudelius?* Et idem defendit tamen. ille fauor publici status facit sic alia æqua parùm. m Sic, etsi capta in bello ciuili essent malè capta: iure tamen eorum non sit repetitio: quia ciuitate sedata & composita, & rè labefactata expediret reipublicæ quasi ægræ, & sauciæ requiescere quomodocunque; ne vulnera

i Dec. in Lect. 2.
k Decian. 2. pr. 34.
l Quintil. 11. c. 1.
m Cuiac. c. vlt. de rest. spol.

nera curatione ipsa rescinderentur. Sed & alia multa sic. Spectat huc & ipsa pœnarum acerbitas, ad auertenda delicta scilicet.[n] *Acerbitas plerumque vlciscendi maleficii, benè, atque cautè viuendi disciplina est. Sic lex illa in XII. de discerpendo debitore, ad quam pœnam numquam ventum, quia sperni ea acerbitas non quita est. Sic posita, ne vmquã ad eam perueniretur.* vt ita Sextus CAECILIVS disputat. *Lata lege vix vnum futurum in longo æuo conscium tanti criminis perduellionis. quod enim facere homines non sine certo exitio posse sperant, facere desistunt.* verè CARDANVS. [o] Et hoc vtilius est proculdubio, terrere homines, ne maleficia committant, quàm punire commissa. Et sic aggrauari pœnas. & sic pœnarum signa figi: quando earum executiones ipsæ actu transeunt, & citò à memoria recedunt. esse autem illa signa loco propositionis cuiusdam edicti, vt si quis maleficium tale committeret, etiam tali malo letho periret. quæ Albericus. Sic autem aliáq; ad istum terrorem. Adde verò ad legem illam de discerpendo debitore, quod non laudabilis fuerit naturâ, & fuerit tamen iure concessa. vt sic ad eam Quinctil. [p] *Quædam non laudabilia natura, sed iure cõcessa. vt in XII. tabulis debitoris corpus in-*

n Gell. vlt. cap. 1.

o Alb. rubr. C. de iu. om. iu.

p Quinct. 3. c. 8.

ter creditores diuidi licuit. Etiam, quæ non laudentur naturâ, ius statuit. q Etsi enim sumantur leges ex natura, quoad fundamenta; ius tamen ciuile est, quod omnia rectè format: & recta ratio supra naturam est, de quibus Philosophi explicant.

q *Picc.6.ciu. Ph.19.*



DE IVRE SINGVLARI criminis maiestatis ad *l.pe. & vlt.*

DISPVTATIO X.

MEMINISSE, &c.] Duæ postremæ istæ *leges sunt ex* PAVLO & *MARTIANO, non vlli constitutioni Græcæ (nullam enim in hoc titulo desiderari Basilica patefaciunt) sed constitutionibus Latinis à* TRIBONIANO *subiectæ, quod in Digestis prætermissa essent.* Scribit CVIACIVS hîc. a Et tamen quod de crimine isto instaurando post rei mortem hîc traditur, idem erat scriptum in Digestis sanè. Nisi hîc est amplius, quod INSTAVRARI INCHOARI posse, & solere

a *l.11.ad.le. Iul.maiest.*

lere dicitur.[b] Sed & id expressum erat alibi in Digestis. audi, *Ratæ donationes esse non possunt post crimen perduellionis contractum. cùm heredem quoque teneat, etsi nondum postulatus vita decesserit.* Potuisset (opinor) TRIBONIANVS, nec miscere ista iurisconsultorum hîc, & etiam omittere.[c] Etiam institutiones habent, quod hîc est de memoria istius rei damnanda. Insuper nota cum ALBERICO, quod quidam habent duas has leges pro vna. Nunc ad ipsarum interpretationem accedamus. Et idem ALBERICVS inquit, quod tria hîc ponuntur specialia. Primum, de accusando post mortem. Secundum, de administratione bonorum illico perdita à cogirato hoc crimine. Tertium, de seruo in dominum torquendo. Nos verò ad primum quæramus primùm quî accusari mortuus possit?[d] Nam audimus, morte crimen cum pœna exstingui.[e] Et dicebant quidam aduocati, quod fingitur criminosus is hîc viuere post mortem. At id reprobat doctor meus Oddus in responsis, quia immò fingatur ille mortuus etiam ante mortem, postquam est comdemnatus, habeatur mortuus per omnia. [f] Et possit, vt verè mortuus, testamento patris præteriri. Neq; leges istæ dicant, damnari ipsum

[b] l. 31. de don.

[c] Inst. 3. tit. 1. & libr. 4. tit. vlt.

[d] l. 2. C. si re. vel acc. mor. fue. l. 3. C. si pe. ap. mo. int.

[e] Odd. 1. cōs. 38.

[f] Decia. 7. pr. 37.

reum, ac si viueret: Sed inquiri contra eum posse, & eius damnari memoriam. Quinimmò, si damnaretur ipse, ac si viueret, sententia esset nulla. vt doctè sit notatum hîc in additis Angelo. Hæc ODDVS. *Caueas, ne formetur inquisitio contra mortuum, similiter ne feratur sententia*, &c. In illis additis. φ Sed eadem mox Decianus in practica. Quæ notes: aut dices, fingi, hunc viuere post mortem in his, quæ sunt contra ipsum: f sicut in fauorabilibus fingitur quis viuere, vbi agitur de fauore: fingitur natus, qui natus non est. g Cæterùm à ratione iuris fauorabilis non est argumentandum ad ius pœnale. Notes illud consilium doctoris mei. Nec enim est solùm euertendæ inquisitioni, accusationi, & sententiæ: quæ immò sustineri possent, adhibita nonnulla interpretatione fauorabilissima actuum sustinendorum. Sed est repellendo fisco, qui velit in bona succedere, in quę reus viuendo successisset. Ibi quod nec possit succedere fiscus, quasi repræsentans personam huius defuncti. quoniam cùm sit repræsentatio vel gradus, vel personę, fiscus in neutra habeat locum. Fiscus dicitur successor bonorum, non autem hæres: quia non repræsentando personam rei, sed eam annihilando succedit. Et statutum, quod hîc

φ *Decia. 7. pr. 48.*

f *Inst. de exc. tut. & l. 231. de V. S.*

g *l. 19. de lib. & po.*

hic de repræsentatione loqueretur, de neutra propria repræsentatione intelligi. Adi ad Oddum. [g] Adde illud Iserniæ, hæredem dici memoriam, quæ damnatur. & ita dici auferri ab hæredibus bona. Secundò, quia loquitur lex nostra si contra MAIESTATEM IMPERATORIS commissum crimē dicatur, id notemus, non obtinere singulare hoc, aut iura similia nisi in imperatore, vel republica Romanorum. [h] vt sic magis communis conclusio dicitur. Sed tamen & in republica Veneta idem tenent alii. & ego semper sic teneo, vt idem sit in superiore quouis principe, quod traditur in Romano. [i] Est tamen notandum valdè responsum quoddā Baldi, quod etsi statuto cauetur, vt alius princeps intelligatur habere, & habeat eadē priuilegia, & cętera, quæ Romanus: non tamē ille alius est princeps Romanus. quia statutum nō hoc dicit. ergo nec sit crimē hoc maiestatis, quod cōtra illum alium committitur. nam cessent termini, & verba legis nostræ, & similium. nec statutum faciat, aut fingat, quod delictum commissum contra alium videatur cōmissum contra Romanum. Dixerit Baldus, aut quisquis ille; quod etsi alii habeant priuilegiū omne Romani, nō tamē habebit quod datur solùm vt Romano. Tertiò notemus & de Baldo, & de Alciato, & de aliis, quod nec

[g] Decian. 9. pr. 57.

[h] Alc. 7. consi. 19. Decia. d. c. 48. Clar. §. læsa maiest.

[i] Bal. 1. consi. 58. 59.

omnis,qui aduersatur principi, dicitur cómittere crimen hoc. Partialitates ciuium non hoc faciunt. non alia talia: de quibus illi. [j] Quartò notemus, quod post lapsum quinquennii damnari nequit mortui memoria, vt per ALCIATVM, & DECIANVM. [k] In crimine hæresis, de quo ad istud maiestatis sic arguméntantur hîc, communis est sanè opinio de quinquennio. Sed & sunt, qui longius tempus admittunt, viginti, quadraginta annos: quidam etiam infinitum, quia non reperiatur tempus vllum à lege præstitutum. Et verò opinio, quæ quinquennium excedit, rectius defendetur in puncto iuris. Sed non desero communem. Et tantum ad primum singulare de memoria damnanda. Cætera enim leges apud tractatores. Secundum singulare erat de administratione bonorum illico perdita à crimine cogitato. Sic enim inquit lex vltima, NAM EX QVO, &c. [l] Quæstio est, si gestum sit illico nullum, an demum secuta damnatione annulletur. Testamentum factum pendente accusatione super criminibus eiusmodi non valet incontineni. vt censuit glossa. Ergo nihil proficit, si sequitur absolutio. neque enim possit conualescere, quod fuit à principio nullum. Sic Aretinus notanter,

j Clar. §. fi. q. 51.

k Decian. 5. pr. 57.

l Aret. l. 13. de testa.

ter, quod si conferatur dignitas pendente accusatione, licèt reus absolueretur postea, non tamen confirmaretur dignitas collata. Cæterum in quæstione contra glossam tenent BARTOLVS, IMOLA, CASTRENSIS, quod immò valeat testamentum, & filius fiat hæres: at secuta condemnatione rescindatur. Sic bona huius criminosi non sint confiscata ipso iure. Sed fiscus potest ea tamen occupare propria auctoritate. Adi ad ARETINVM, qui isti defendit omnia, & dicit veriora,[m] quicquid aliquando fortiter dubitarit.[n] At videndus præcipuè DECIANVS est in sua practica. Ego itidem attigi in disputatione quarta. ARETINVS aliam pulchram quæstionem tractat in criminibus aliis, si damnatus quis sit cum publicatione bonorum, & appellarit, & moriatur antequàm confirmetur sententia, an valeat testamentum etiam secuta illa confirmatione.[o] Valet illico, quia certus de præsenti statu est testator, etsi incertus sit de futuro. Sed postea irritum fiat secundùm glossam bonis ademptis. Attamen, & valeat testamentum, quoad substitutiones pupillares, & tutores filiis datos & multa alia secundum BARTOLVM. Adi ad

m *Aret. l. 9. de testam.*
n *Decian. 7. pr. 40.*
o *Castr. d. l. 9.*

ARETINVM. inquit BARTOLVS, quod ſententia, quæ ſtatuit de bonis, nihil disponat, eum fuiſſe inteſtabilem. Quod porrò dixi de memoria non aliter damnanda, quàm ſi ſit crimen contra maieſtatem principis, p idem & hîc in publicatione bonorum defuncti. cum alioqui ad publicanda bona viui ſatis ſit in quouis capite commiſſum. q Etiam quod de præſcriptione quinquennii dixi, id hic in bonis clarum eſt. Et ne neſciamus, quod mitiùs agitur contra mortuum. r Poteſt pro mortuo hîc interuenire aduocatus, qui (vt dixi in diſputatione quarta) pro viuo non poteſt. Quilibet etiam admittitur hîc, & vocatur quoque. Etiam pleniores probationes requiruntur nunc. s quia ſe defendere mortuus nequit. Et grauius delinquitur in mortuum, &c. t De quibus etiam nos notauimus alibi. u Hic tandem notemus illud generale, quod in confiſcatione bonorum, quicquid expreſsè cautum non reperitur, omiſſum habetur. Itaque non poſſit defendi fortiter, etſi pulchrè ſubornent x quidam, quod non ſit abſurdum propter publicam vtilitatem, quam continet vindicta huius facinoris, vt ad fauorem fiſci iudicetur hîc etiam

p Ceph. conſ. 304.
q Alcia. 7. conſ. 19.
r Decian. 7. pr. 48. & lib. 5. c. 57.
s Alb. rub. C. de hæret.
t Alb. 2. de iu. be. vlt.
u Odd. d. conſ. 38.
x Romul. §. diui.

etiam in re dubia. Tertium erat singulare de testibus inhabilibus, qui hîc sunt habiles. Et de his iam dixi in disputatione tertia. Nunc rursus noto in lege vltima illud, IN HAC CAVSA ID EST PROPTER CAVSAM MAIESTATIS: quod ostendit, & singulare hoc procedere, non nisi de maiestate principis læsa agatur. At de seruis hodiè quæstio in his partibus nulla sit, vbi serui non sunt. Alia autem singularia, collecta aliis, cur nunc exscribam, causa nulla est. [y] Illud, vt accusatore non probante reus nec absoluatur hîc, commune est & crimini falsi. [z] in quo item reusque grauatur onere probationis. In crimine isto propter grauissimas pœnas etiam debent esse probationes vehementiores, quàm in aliis, quæ itidem occultè committuntur. dicimus, probationes, & testimonia; nam de testibus ipsis, (vt hîc, & alibi passim audimus de inhabilibus admittendis) contra est. quas duas distinctiones belle tradit DECIANVS. [a] Hic adeundus & pro his singularibus: qui scripsit & nouissimè, & doctissimè. Vt semper meminerimus tamen, quod ille eius tractatus criminalis editus & post mortem eius est, & imperfectus relictus ab eo

y Decian. 7. pr. 45. & 1. cons. 18.

z l. 22. C. de fals.

a Decia. 7. pr. 37.

fuit, non modo impolitus, & incastigatus. De hoc crimine est totus septimus liber. Vt difficile sit vel aliquid addere. Neque ego tractatus, sed Disputationes volui ad solas has leges conficere.

Finis Disputationis X.

